

APPENDICES CODICUM

APPENDIX Eg Eg = Erlangen UB 71 (255)

Eg1:

Quatuor Evangelia nomen Domini significant. Tetragrammaton id est inenarrabile, ineffabile, incomprehensibile, incircuscriptum. Quatuor libri Moysi IIII^{or} Evangelia figurant. Quadratum (*f. 32v*) altare quatuor Evangelia figurat.

Eg2:

Qui dixit: Liber generationis Iesu Christi

Eg3:

Rugientis qui dixit: Vox clamantis in deserto

Eg4:

Qui dixit parabolam de vitulo saginato

Eg5:

Qui dixit: Nemo ascendit in celum nisi qui descendit.

Eg6:

Matheus arat, Marcus seminat, Lucas irrigat, Iohannes incrementum dat.

Eg7:

Cum Ionas in uno die trium dierum iter perfecerit ad mare Niniven usque pervenerit sive propheta Abacuc cum Danieli prandium vexit.

Eg8:

Sive quod Petro praedicante crediderunt tria milia in Christum et C.XL.III milia credent Helia et Enoch praedicantibus.

Eg9:

Item plorat Rachel filios suos de tribu Benjamin quos perdidit in excelso monte civitatis Gabaa ubi mulier in XII (*f. 36r*) partes divisa fuit quia

Eg10:

Ut David qui misit milites ad aquam et inde non bibit, et ne velitis dicere inter vos id est in mente sua ne dicant se iustos vel tamquam dixissent non de genere viperarum sumus sed de Abraham, vel non dicatis equalem esse Abraham Christo.

Eg11:

Non quae spinas et tribulos habet sed

Eg12:

Et super substantialem dicunt hebraice Christum super omnem substantiam

Eg13:

Mulier in profluxu ostendit Eccliam gentium. Turba ostendit supersticionem Iudeorum.

Eg14:

Per duos cecos ostendit Iudeos et gentes. Comminatus est id est contestatus. Per hominem mutum ostendit totum genus humanum

Eg15:

Symon hoc est obediens, reliquid recia sive navim et secutus est Dominum. Petrus id est cognoscens quia cognovit eum quando ait: Tu es Christus filius Dei vivi. Andreas virilis (*f. 47r*) quia pugnando contra vicia virilis fuit. Iacob id est subplantator quia vicia subplantavit. Iohannes id est gratia Dei vel ordo virginum. Philippus os lampadarum. Bartholomeus filius suspendentis aquas. Thomas abysus. Matheus id est donatus quia donavit illi peccata sua. Jacob sicut superius. Alfei id est docti. Tathus id est corculus id est cordis cultor. Simon sicut superius. Chananeus id est commotus de infidelitate ad fidem. Iudas confessio. Scarioth memoria mortis.

Eg16:

Non gustabunt mortem dum videant eum in gloria ostendit quod sicut ostensus est in transfiguracione ita et ostendetur in resurrectione.

Eg17:

Quae sunt Cesaris ostendit censum mundi, quae sunt Dei ostenditur plasma eius quae ad imaginem Dei facta est. reddat Deo cui tributum tributum, cui vectigal vectigal.

Eg18:

Arbor fici hoc est synagoga, ramus eius ostendit conversionem Iudeorum in futuro, sicut ait Apostolus: cum plenitudo gentium intraverit tunc omnis Israel salvus erit.

Eg19:

Sicut ait Ieremias: suspenderunt mercedem meam XXX argenteis quod adprae-
ciatus sum ab eis

Eg20:

Sicut sacerdos semel introibat in sancta sanctorum, ita et Christus semel cum cor-
pore vocatus ab inferis ascendit et introivit in sancta sanctorum quod est regnum
ipsius solusque sedet ad dexteram Patris

Eg21:

Per syndonem munda/mundana gratia baptizatorum sive mortificatio Ecclesiae
(*f. 54r*) ostenditur

Eg22:

Per calciamenta intellige incarnationem Christi cui non sum dignus corrigiam
solvere id est cui non sum dignus nec possum mysterium incarnationis eius sol-
vere.

Eg23:

Ut non possit panem manducare ostendit pro parte carnis, aliter sicut habent
mores, hominum sui eum tenebant ostendit quod manibus fidei sui tenent sem-
per Christum

Eg24:

Omnia per centes intelligitur perfectio muneri per quinquagenos intelligitur
remissio peccatorum. Sero facto id est vespere mundi.

Eg25:

Per vestimenta candida ordi baptizatorum ostenditur; qualia fullo facere non
potest id est qualia nullus ex industria sua sine adiutorio Spiritus sancti facere
potest.

Eg26:

Per bivium duo Testamenta intelliguntur, ante ianuam id est prope fidem, quid
esuriit nisi fidem Iudeorum?

Eg27:

Abba Hebraice, pater dicitur Graece, genitor Latine, adolescens

Eg28:

Quia nesciebat Maria quod concipitur a Spiritu in mundo ut dicitur mox ut
concupierunt filii Dei filias hominum exinde nati sunt gygantes

Eg29:

Vel scit quod anime generantur quod dubium est utrum sic in corporibus seminentur per coniugium an in corpora de celo mittantur; alii puta[n]t quod Spiritus anime viri coniugatus in coniugio spiritui anime mulieris et exinde anime gignantur

Eg30:

Unde hoc mihi? In persona Iohannis dicitur: Unde hoc merui? Hoc est: non sum dignus solvere corrigiam calciamenta eius

Eg31:

Ex habundantia cordis loquitur id est per consuetudinem os quod mentitur occidit animam

Eg32:

Regnum Dei id est penitentiam agite. Aliud cecidit secus viam id est verbum quod audit phariseus. Volucres id est demonia. Aliud in terram bonam id est qui servat mandata. Aliud in spinis id est qui pro divitiis Deo servit. Qui habet dabitur ei id est qui habet filium dabitur ei et Pater. Ubi est fides vestra id est opera vestra?

Eg33:

Vir cui nomen erat Iairus id est Abraham vel Moyses. Filia principis id est synagoga. Moriebatur id est custodiendo Legem.

Eg34:

Ad sensum; solus orans id est quia cum carne solus ascendit ad celos. Quem me dictum esse id est qui homines sunt hominem me dicunt. Vos qui dum estis Deum me esse dicitis.

Eg35:

Nomina autem vestra scripta sunt in celo id est celestes estis. Revelasti ea parvulis id est apostolis non prudentibus philosophis. Omnia michi tradita sunt id est secundum divinitatem geignendo secundum carnem ascendendo.

Eg36:

Ovium id est spem, scorpionem id est malam conversationem. Beatus ventus qui te portavit, mos est mulierum quod opera mulierum laudent. Beati qui audiunt verbum Dei id ipsi sunt qui in utero concipiunt et custodiuntur. Lucerna sub modio id est Evangelium sub synagoga, super candelabrum id est super Ecclesiam.

Eg37:

Quod in tenebris dixistis id est Iudeis, in lumine dicite id est in gentibus.

Eg38:

Non videbitis me donec veniam, ad litteram non viderunt eum ab hac die donec venit in pullo.

Eg39:

Dum iret in Ierusalem id est in celum. Regnum Dei inter vos est id est pax. Unum diem id est die iudicii. Diem iudicii alii tertia hora diei putant fieri, alii mane ut diluvium venit in Sodoma, alii media nocte ut plaga in Egypto.

Eg40:

Phariseus orans in templo Iudeorum est populus qui ex iustificationibus legis extollit merita sua. Publicanus vero gentilis est qui longe a Deo positus confitetur peccata sua, quorum unus superbiendo recessit humiliatus, alter confitendo appropinquare meruit exaltatus.

Eg41:

Quasi aquae de fonte fluent vivae ita de Christo magistro bono qui omnia docet fluent doctrinae

Eg42:

Fidem numquam deserit, hic Pascua inveniet id est Scripturam sanctam intelligit. Aliter regnum Dei

Eg43:

In regionem iuxta desertum in civitatem quae dicitur Effrem significat quod relictis Iudeis abiit ad gentes

Eg44:

Sicut antea ornaverant capillos, oculos et oscula ad deceptionem hominum, ita epr fidem tota conversa est ad penitentiam

Eg45:

Hec dicit Ysaias quando vidit maiestatem Dei et locutus est de eo

Eg46:

Sic eum volo manere donec veniam ostendit quia virgo erat et incorruptum eum manere voluit

Eg47:

Quando dixit: ecce mater tua, et Mariae dixit: ecce filius tuus, ut virgo virgini commendaretur

APPENDIX G

G = 's Gravenhage, KB, 130.E.15

G1:

apud Haezechihelem (*ut vid.*) quatuor animalia, quatuor evangelistae designatur, quorum vultus facies hominis, facies leonis et facies vituli et facies aquilae. Per faciem notitia designatur. Prima hominis facies Matheum significat, qui quasi de homini exorsus est scribere liber generationis Iesu Christi. Secunda Marcum in qua vox leonis in heremo rugiens (*postea corr.* rugientis) auditur "Vox clamantis in deserto". Tercia vituli Lucam qui a Zacharia sumpsit initium. Quarta Iohannem qui assumptis pinnis aquile ad alciora festinans de verbo Dei disputat.

G2:

per quatuor evangelistas electorum numerus designatur, qui perfectionis suae rectitudinem per eorum Evangelium dedicerunt. Item

G3:

Lucas de Christo ad Adam ducens ostendit quod per Christum genus Adae solvitur a peccato sive quod de Christo proadunt qui revertuntur ad Deum Patrem

G4:

ideo Ioseph filius dicitur David ut Maria quoque de stirpe monstretur esse David

G5:

quod enim in ea natum est de Spiritu sancto est

G6:

aurum ut Christum qui ubique regnare fatetur; thus offert qui credit quod his qui in tempore apparuit Deus ante tempore extetit; myrra qui credit in sua divinitate inpassibilem, credit etiam in nostra fuisse carnem mortalem, item regi congruit. Thus vero in Dei sacrificio ponebatur; myrra autem mortuorum condiuntur eum ergo magi quem adorant etiam mysticis muneribus praedicant. Aurum regi; thus vero Deum; mirra mortalem. Item aurum offerimus si in conspectu eius claritatis supernae sapientiae resplendi(*non leg.*); thus offerimus si cogitationes carnis per sancta orationum studia intra cordis incendimus ut suave aliquid Deo per celeste desiderio re dolere valeamus; myrram offerimus si carnis vitia per abstinentia mortificamur

G7:

XL dies decime sunt anni, ut sicut de omnibus rebus decimas dare debemus, ita et dierum vite nostre Deo decimas dare studeamus

G8:

Racha dicitur hubi causa discutitur interiectionis est ira in voce vel absque crebro demonstratur id est sine plenum verbum reus erit concilii ubi causae sententiae definitur qui diverit fatuae iram ostenditur cum voce et verbo, reus erit hihenue ignis, in gehenna ignis eaque de concilio egreditur sententiae expletus id est duplex pena eo quod corpus et anima puniatur.

G9:

sine ullo e[nim] nemo valet particeps esse ei in futuro qui non eum in hac vita meruerit accipere

G10:

Si ethnicus in oratione multum loquitur ergo qui christianus est debet pan̄ loqui Deus enim non verborum auditor est sed cordis, scit namque Pater vester quid opus sit vobis antequam petatis ergo quid necesse est scienti petere quia nos non narratores sumus, sed rogatores aliud est narrare ignorantes, aliud (*ut vid.*) scienti petere in illo inditium est hic obsequium ibi fideliter referimus, hic miserabiliter obsecramus

G11:

lumen anime sensus est si ipse aligatur ipsa putas caligo quibus tenebris obvoluitur

G12:

qui excutit iugum servitutis distribuit divitias ut Dominus ne solitistis quid manducetis (et reliqua *eras.*); hoc de carnali cibo et vestimento accipiamus laborandum quidem est, sed solitudo tollenda quia qui maiora praestitit utique et minora praestabit

G13:

id est quod si volatilia absque cura eterumnisque hodie runt et cras non erunt Dei aluntur providentia, quanto magis homines quibus aeternare promittitur Dei retententur arbitrio

G14:

confessione semper penitentiam sed et graciaram accionum significat

APPENDIX Gr

Gr = Graz, Universitätsbibliothek, 1449 (42/120)

Gr1:

III^{or} Evangelia nomen Domini significant. Tetragrammaton id est inenarrabile, ineffabile, incomprehensibile, incircumscriptum. Quattuor libri Moysi III^{or} Evangelia figurant. Quadratum altare IIII Evangelia figurat.

Gr2:

qui dixit: Liber generationis Iesu Christi

Gr3:

qui dixit parabolam de vitulo saginato

Gr4:

rugientis qui dixit: Vox clamantis in deserto

Gr5:

qui dixit: Nemo ascendit in celum nisi qui descendit

Gr6:

Matheus arat, Marcus seminat, Lucas irrigat, Iohannes incrementum dat.

Gr7:

Cum Ionas in uno die perfecit trium dierum iter ad mare et Niniven usque pervenerit sive propheta Abacuc cum Danieli prandium vexit.

Gr8:

Sive quod Petro predicante III milia crediderunt in Christum et centum XLIII milia credent Helia et Enoch predicantibus

Gr9:

Item plorat Rachel filios suos ex tribu Benjamin quos perdidit in excelso monte civitatis Gabaa ubi mulier divisa in XII partes fuit quia

Gr10:

ut David qui misit milites ad aquam et non inde bibit. Et ne velitis dicere inter vos id est in mente sua ne dicant se iustos, vel tamquam dixissent non de genere viperarum sumus sed de Abraham, vel non dicatis equale esse Abraham Christo.

Gr11:

Non quae spinas et tribulos habet sed

Gr12:

Vel super substantialem ebraice dicunt Christum super omnem substantiam

Gr13:

Mulier in fluxu ostendit Ecclesiam gentium, turba ostendit superstitionem Iudeorum

Gr14:

Per duos cecos ostendit gentes et Iudeos, comminatus id est contestatus. Per hominem mutum intellegit genus humanum.

Gr15:

Symon hoc est obediens quia reliquit retia sua et navem, et secutus est Dominum. Petrus di est cognoscens, quia cognovit eum quando ait: tu es Christus filius Dei vivi? Andreas id est virilis quia pugnando contra vicia virilis fuit. Iacobus id est subplantator, quia vicia subplantavit. Iohannes id est gratia Dei sive ordo virginum. Philippus os lampadarum. Bartholomeus (*f. 54v*) filius suspendentis aquas. Thomas abyssus. Matheus id est donatus quia donavit illi peccata sua. Iacobus sicut superius. Alphei id est docti. Tatheus id est corculus, id est cordis cultor. Symon sicut superius. Chananeus id est commotus de infidelitate ad fidem. Iudas confessio. Scarioth memoria mortis.

Gr16:

Non gustabunt mortem dum videant eum in gloria ostendit quod sicut ostensus est in trnsfiguratione ita et ostendetur in resurrectione, et

Gr17:

Centuplum accipiet ostendit qui a viro iusto totus mundus subiectus est et viro sancto omnis locus divitae

Gr18:

Calix id est passio. Vos autem quaeritis de pusillo crescere et de minori maiores esse. Hic humilitas ostenditur, ut surgat ad culmen iusticiae.

Gr19:

Quae sunt Caesaris ostendit censum mundi. Quae sunt Dei ostendit plasma eius quae ad imaginem Dei facta est. Reddat Deo cui tributum tributum, cui vectigal vectigal.

Gr20:

Arbor fici hoc est synagoga. Ramus eius ostendit conversionem Iudeorum in futuro sicut ait Apostolus: "Cum plenitudo gentium intra(*f. 69r*)verit, tunc omnis Israel salvus erit"

Gr21:

Ut ait Ieremias: "Suspenderunt mercedem meam XXX quod appreciatus sum ab eis"

Gr22:

Sicut sacerdos semel introibat in sancta sanctorum, ita et Christus semel cum corpore vocatus ab inferis ascendit et introivit in sancta sanctorum, quod est regnum ipsius solusque ad dexteram sedit Patris.

Gr23:

Per sindonem mundata gratiam baptizatorum sive mor(f. 72r)tificatio Ecclesiae ostenditur.

Gr24:

Quasi aquae de fonte fluent vivae ita de magistro bono id est Christus qui omnia docet fluent doctrinae

Gr25:

A fratre suo, mendax est et pater princeps demoniorum

Gr26:

Sed fidem numquam deserit, hic Pascua inveniet id est scripturam sanctam intelliget, aliter regnum Dei

Gr27:

In regionem iuxta desertum in civitate quae dicitur Effrem significat quod relictis Iudeis abiit ad gentes

Gr28:

Sicut antea ornaverat capillos oculos et oscula ad deceptionem hominum ita per fidem tota conversa est ad penitentiam

Gr29:

Haec dixit Esais quando videt maiestatem Domini et locutus est de eo

Gr30:

Sic eum volo manere donec veniam ostendit quia virgo erat et incorruptum voluit eum permanere

Gr31:

Per calciamenta intellige incarnationem Christi, "Cuius non sum dignus corrigiam solvere" id est cuius non sum dignus nec possum solvere mysterium incarnationis eius.

Gr32:

Ut non possit panem manducare ostendit pro parte carnis aliter sicut mores habent ho(f. 94v)minum; sui eum tenebant ostendit quod manibus fidei sui semper tenent Christum.

Gr33:

Per centenos intelligitur perfectio numeri, per quinquagenos intellegitur remissio peccatorum, sero facto id est vespere mundi.

Gr34:

Per vestimenta condida ordo baptizatorum ostenditur, “qualia fullo facere non potest” id est qualia nullus ex industria sua sine adiutorio Spiritus sancti facere potest.

Gr35:

Per bivium vero testamenta intelliguntur, ante ianuam id est prope fidem, quid esurivit nisi fidem Iudeorum?

Gr36:

Abba ebraice pater dicitur, grece latine genitor (*corr.* genitor latine) adolescens

Gr37:

Quia nesciebat Maria quod concipitur a Spiritu in mundo ut dicitur “mox concupierunt filii Dei filias hominum exinde nati sunt gygantes” ut dum plena erat de Spiritu sciebat quod angelus locutus est ei

Gr38:

Vel fecit quod animae generantur quod dubium est utrum sic in corporibus seminentur per coniugium an in (*corr.* de) caelo in corpora mittantur, (*f. 17r*) alii putant quod Spiritus animae viri coniungatur in coniugio Spiritui animae mulieris et exinde animae gignantur

Gr39:

Unde hoc mihi? In persona Iohannis dicitur id est unde merui? Hoc est non sum dignus solvere corrigiam calciamenti eius

Gr40:

Ex habundantia cordis os loquitur id est per consuetudinem os quod mentitur occidit animam

Gr41:

Regnum Dei id est penitentiam agite, aliud cecidit secus viam id est verbum quod audit phariseus. Volucres id est demonia, aliud in terram bonam id est qui servat mandata, aliud in spinis id est qui pro divitiis Deo servit. Qui habet dabitur ei, qui habet filium dabitur et et Pater. Ubi est ergo fides vestra, id est opera vestra?

Gr42:

Iairus id est Abraham vel Moyses. Filia principis (*f. 23v*) id est synagoga. Moriebatur id est custodiendo lege

Gr43:

ad sensum. Solus orans id est quia solus cum carne ascendit ad caelos. Quem me dicunt esse id est qui homines sunt hominem dicunt vos qui dii estis Deum me dicitis esse

Gr44:

nomina autem scripta sunt in caelo id est caelestes estis. Revelasti ea parvulis id est apostolis non purdentibus philosophis. Omnia mihi tradita sunt id est secundum divinitatem gignendo secundum carnem ascendendo.

Gr45:

Samaritanus descendens qui vulnera eius curavit Christus est custos noster qui de celo descendit et genus humanum a vulneribus peccatorum curavit

Gr46:

Ovium id est spem, scorpionem id est malam conversationem. Beatus venter qui te portavit. Mos est mulieribus quod opera mulierum laudent. Beati qui audiunt verbum Dei id ipsi sunt qui in utero concipiunt et custodiunt. Lucerna sub (*f. 26r*) modio id est Evangelium sub synagoga, super candelabrum id est super Ecclesiam.

Gr47:

Quod in tenebris dixistis id est Iudei, in lumine dicite id est gentibus.

Gr48:

Non videbitis me donec veniam ad litteram, non viderunt eum ab hac die donec venit in pullo

Gr49:

Dum iret in Ierusalem id est in caelum. Regnum Dei intra vos id est pax. Unum diem id est diem iudicii. Diem iudicii alii tertia hora diei putant fieri, alii mane ut diluvium venit et Sodoma, alii media nocte ut plaga in Aegypto.

Gr50:

Phariseus orans in templo Iudeorum est populus qui ex iustificationibus legis extollit merita sua. Publicanus vero gentilis est qui longe a Deo positus confitetur peccata sua. Quorum unum superbiendo recessit humiliatus, alter confitendo appropinquare meruit exaltatus.

APPENDIX K

K = Karlsruhe, Aug. CCXLVIII (248)

K1:

quasi sol et luna corpus aeri coniungitur quia sicut in aere discurrunt venti ita et in pectore flatus; venter mari adsimilatur propter collectionum humorum; pedes terre adsimilantur eo quod sint subteriores partes manbrorum (*sic*).

APPENDIX Mu

Mu = München, Clm 16057

Mu1:

Quattuor Evangelia nomen Domini significant, Tetragramaton id est inenarrabile, ineffabile, incircumscriptum. Quattuor libri Moysi quattuor Evangelia figurant. Quadratum altare quattuor Evangelia figurant.

Mu2:

Qui dixit: Liber generationis Iesu Christi

Mu3:

Rugientis qui dixit: Vox clamantis in deserto

Mu4:

Qui dixit parabolam de vitulo saginato

Mu5:

Qui dixit: Nemo ascendit in celum nisi qui descendit

Mu6:

Matheus arat, Marcus seminat

Mu7:

Cum Ionas uno die trium dierum iter perficeret ad mare Niniven usque pervenerit sive propheta Abacuc cum Daniheli prandium vexit

Mu8:

Sive quod Petro praedicante crediderit tria milia in Christum et CXLIII^{or} milia credent Helia et Enoch praedicantibus

Mu9:

Item plorat Rachel filios suos de tribu Benjamin quos perdidit in excelso monte civitatis Gabaa ubi mulier in duodecim patres divisa ~~est~~ fuit quia

Mu10:

ut David qui misit milites ad aquam id est non bibit et ne velitis dicere inter vos id est in mente sua ne dicant se iustos vel tamquam dixissent non de genere viperarum sumus sed de Habraham, vel non dicatis equale esse Abraham Christo.

Mu11:

non que spinas et tribulos habet sed

Mu12:

et super substantialem dicunt hebraice Christum super omnem substantiam

Mu13:

Mulier in profluxu ostendit Ecclesiam gentium, turba ostendit supersticionem Iudeorum

Mu14:

Per duos cecos ostendit Iudeos et gentes, comminatus id est contestatus, per hominem mutum ostendit totum genus humanum

Mu15:

Symon hoc est obediens reliquit recia sive navim et secutus est Dominum. Petrus id est cognoscens quia cognovit eum quando ait: tu es Christis filius Dei vivi. Andreas virilis quia pugnando contra vicia virilis fuit. Iacobus subplantator quia vicia subplantavit. Iohannes gratia Dei vel ordo virginum. Philippus os lampadarum. Bartholomeus filius suspendentis aquas. Thomas abissus. Matheus donatus quia donavit illi peccata sua. Iacobus sicut superius Alphei id est docti. Tatheus corculus id est cordis cultor. Simon sicut superius. Chananeus id est commotus de infidelitate ad fidem. Iudas confessio, Scarioth memoria mortis.

Mu16:

Centuplum accipiet ostendit quia viro iusto totus mundus subiectus est et viro sancto omnis locus diviciae

Mu17:

Calix id est passio; vos autem queritis de pusillo crescere et de minoribus maiores esse; hic humilitas ostenditur ut surgat ad culmen iusticie

Mu18:

Que sunt Cesaris ostendit censum mundi, que sunt Dei ostendit plasma eius que ad imaginem Dei facta est; reddat Deo, cui tributum tributum cui vectigal vectigal.

Mu19:

Arbor fici id est sinagoga, ramus eius ostendit conversionem Iudeorum in futuro sicut ait apostolus "cum plenitudo gentium intraverit tunc omnis Israel salvus erit".

Mu20:

Sicut ait Ieremias: suspenderunt mercedem meam XXX argenteis quos adpraeciatum sum ab eis

Mu21:

Sicut sacerdos semel introibat in sancta sanctorum ita et Christus semel cum corpore vocatus ab inferis ascendit et introivit in sancta sanctorum quod est regnum ipsius solusque sedet ad dexteram Patris

Mu22:

Per Sindonem munda gratia baptizatorum sive mortificatio Ecclesiae ostenditur

Mu23:

Per calciamenta intellige incarnationem Christi "cuius non sum dignus cor[rigam] cal[ciamentorum] solvere" id est cuius non sum dignus nec possum mysterium incarnationis eius solvere.

Mu34:

Ut non possit panem manducare ostendit pro parte carnis, aliter sicut habent mores hominum sui eum tenebant ostendit quod manibus fidei sui tenent semper Christum

Mu25:

Omnia per centenos intelligitur perfectio numeri, per per..agenas intellegitur remissio peccatorum. Sero facto id est vespere mundi.

Mu26:

Per vestimenta candida ordo baptizatorum ostenditur, "qualia fullo facere non potest" id est qualia nullus ex industria sua sine adiutorio Spiritus sancti facere potest.

Mu27:

Per bivium duo testamenta intelliguntur, ante ianuam id est prope fidem quod esuriit nisi fidem Iudeorum.

Mu28:

Abba hebraice pater dicitur, graece genitor, latine adolescens

Mu29:

Quia nesciebat Maria quod concipitur a Spiritu in mundo ut dicitur mox ut concupierunt filii Dei filias hominum exinde nati sunt gigantes

Mu30:

Vel scit quod anime generantur quod dubium est utrum sic in corporibus seminentur per coniungium an in corpora de celo mittantur, alii putant quod spiritus animae viri coniungatur in coniugio spiritui animae mulieris et exinde animae gignatur

Mu31:

“Unde hoc mihi”? In persona Iohannis dicitur “unde hoc merui”; hoc est “non sum dignus solvere corrigiam calciamenti eius”.

Mu32:

Ex habundantia cordis os loquitur id est per consuetudinem os quod mittitur occidit animam

Mu33:

Regnum Dei id est penitentiam, agite aliud cecidit secus viam id est verbum quod audit phariseus; volucres id est demonia (*f. 230v*), aliud in terra id est qui servat mandata, aliud in spinis id est qui pro divitiis Deo servit. Qui habet dabitur ei et qui habet filium dabitur ei et Pater. Ubi est fides mea id est opera vestra.

Mu34:

Vir cui nomen erat Iairus id est Abraham vel Moyses. Filia principis id est synagoga. Moriebatur id est custodiendo Legem.

Mu35:

Ad sensum; solus orans id est quia cum carne solus ascendit ad celos; quem me dicit esse id est qui homines sunt hominem me dicit vos qui dum estis Deum me esse dicitis

Mu36:

Nomina autem scripta sunt in celo id est celestes estis; revelasti ea parvulis id est apostoli non prudentibus philosophis; omnia mihi tradita sunt secundum divinitatem gignendo secundum carnem ascendendo

Mu37:

Ovum id est spem; scorpionem id est malam conversationem. Beatus venit qui te portavit, mos est mulierum quod opera mulierum laudent; beati qui audiunt v[erbum] Dei id sunt ipsi qui in utero concipiunt et custodiunt. Lucerna sub modio id est Evangelium sub sinagoga; super candelabrum id est super Ecclesiam.

Mu38:

Quod in tenebris dixistis id est Iudeis, in lumine dicite id est in gentibus.

Mu39:

Non videbitis me donec veniam ad literam, non viderunt eum ab hac die donec venit in pullo.

Mu40:

Dum iret in Ierosolyma id est in celum, regnum Dei intra vos id est pax, unum diem id est iudicii, diem iudicii alii tertia diei hora putant fieri, alii mane ut diluvium; venit in Sodoma alii media nocte ut plaga venit in Egipto.

Mu41:

Phariseus orans in templo Iudeorum populus est, qui ex iustificationibus legis extollit merita sua, publicanus vero gentilis est qui longe a Deo positus confitetur peccata sua, quorum unus recessit humiliatus, alter confitendo adpropinquare meruit exaltatus.

Mu42:

Et/id est si aqua de fonte ita de Christo bono magistro qui omnia docet fluent doctrinae

Mu43:

A fratre suo, mendax est et pater est hoc est ipsius mendatii, aliter pater princeps demoniorum

Mu44:

id est fidem numquam deserit hic pa(...) inveniet id est scripturam s(...*non leg.*) intel(...*non leg.*) aliter (...*non leg.*) dicitur fur

Mu45:

in regionem iuxta desertum in civitatem quae dicitur Effrem significat derelictis Iudeis abiit ad gentes

Mu46:

et sicut ante ornaverant capillos, oculos et oscula ad deceptionem hominum, ita per fidem tota conversa est ad penitentiam

Mu47:

Noe (*sic*) dixit Ysayas quando vidit maiestate Dei et locutus est de eo

Mu48:

Et tunc non in proverbii loquitur sed palam de nativitate aduntiabo vobis

APPENDIX O
O = Orléans, MM, 65

7 OProl:

(f. 172r) Incipit prologus in Expositione quattuor Evangelistarum id est Matthaeus, Marcus, [Lucas] et Iohannes. Inquisitio facta a quibusdam viris prudentissimis quod aecclesiastica auctoritas si secundum Domini nostri Iesu Christi atque Evangeliarum sermone in omnibus proferendus esse debuisse, itaque in quantum laborare possimus Domino moderante adimplere satagimus, ideoque iuxta evangelicam vocem multi sunt vocati, pauci autem electi. Sed miserante piissimo auctore nostro in his opusculis laborare cupui, videlicet ut et nostra non desit(?) loquella et vester auditus non obstupescat. Credimus que Domino moderante eiusque misericordia confirmante salubriter atque firmiter in omnibus hoc adimplere satagitis diligentissime ut de praesentis temporibus cupimus laborare in his versiculis, quod si aliquis contra hanc prolocutionem venire insidiaverit vestris sacratissimis, prae cibis defensare in omnibus satagite, quia credimus et vestra sanctitas et nestra laboriositas curiosissimae defensare vos ipsi adimplere cupitis. Mementote illud divini sermonum qui autem custodit semetipsum (perfordens ?) est qui autem defensaverit prudentem, ipse salvus et beneficus atque pacificus in omnibus esse super omnia denunciatur, quia dictum est: “Frater sia (*ut vid.*) fratrem adiuvatur, ambo consolabuntur” et dicit Scriptura “Frater in angustiis conprobatur”. Sed tamen vos fidelissimis fratribus supplico ne obliviscatis illud Daviticum dicente “Dixi: custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea, posui hori meo custodiam, dum adversum me insidiatur peccator advenierit”. Custodivi linguam meam a malignissimo, retexui dentes meos contra iniquissimum inimicum, vidi me serpentem draconem iniquissimum adversum me pignantem. (f. 172r) Ideo quae retexui in his laboribus sciatis quae quia quattuor uno animo currentes laboriositate evangelice cursus uno versiculo eos laborasse, ideoque beatus adque sanctissimus Hieronimus nobis hanc exposuit paginola sicut in praesenti praevidistis libellum ita dicentis Expositionem omnium librorum locus et tempus et persona, ubi quae autem scriptum aut legendum sive dictandum. In his IIIor evangelistas vel et Mathei, marci, Lucae, ita ad quae (*sic*) Iohannes dicti esse dinoscitur sicut in ante praevidemus pax legendi scribendi ad (... *non leg.*)nibus illi qui intelligere hoc desiderat opusculum val(...*non leg.*) in omnibus diligentissime si qui legent Deo op(...*non leg.*) confirmare ubique non nec legatas

O1:

Quia de homine exorsus est narrare “Liber generationis Iesu Christi”

O2:

Quia de deserto exorsus est narrare “Vox clamantis in deserto”

O₃:

Quia de sacerdotibus inchoavit dicens "Fuit in diebus Herodis"

O₄:

Qui adsumptis pennis de divinitate Christi pre ceteris celsius narrare cepit "In principio erat verbum". Has quattuor species potest unuquisque habere; quando de umanitate narrat homo est, quando de passio vitulus, quando de resurrectione leo, quando de ascensione aquila.

O₅:

Deus pater centum oves habuit cum substantia angelorum et hominem creavit

O₆:

vel caelum desertum id est derelictum quia deserit cum peccavit; ovem in humeros inposuit cum incarnatis peccata nostra portavit; amici et vicini angeli sunt; mulier id est Dei sapientia; dragmam perdidit cum homo a similitudinem Dei recessit

O₇:

Iuxta historia quia iam Iudaeis conspiraverant si quis Christum confiteretur extra sinagogam fieret

APPENDIX V Valenciennes BM 72 (65)

V = Valenciennes BM 72 (65)

V₁:

Eufrates fluminis regalis urbis Babylonis significat Matheum propter regnum genealogiam (*corr.* genalogiam) ab eo in exordio libri sui decursam, Tygris velocissimus fluminum significat Marcum veloci ac brevi sermone facta ac dicta Domini describentem, Geon vero qui et Nilus omnium fluminum maximorum et longissimus significat Lucam longiore et ampliore sermone aliis Evangeliiis scribentem, Fyson vero qui circuit omnem terram Evilath ubi nascitur aurum et aurum terrae illius optimum est ibique invenitur bdellium et lapis onichinus significat Iohannem aurum optimum et omnia excellentem divinitatis fulgore sensu que mystico veluti lapide pretioso aut aliter

V₂:

latine interpretatur quod ei convenit cui a Domino tale donum conlatum est ut pro caeteris non solum electus scriberet sed et primus et ideo donatus dicitur quia VIII^{to} donavit ei Dominus, primum divitias, II^{do} fidem, III^o apostolatam, IIII^{to} virtutes, VII^{mo} quod sit primus in ordine, VIII^{vo} martirium et III^a nomina

habuit: primum Levi quia de tribu Levi fuit quod interpretatur additus vel adsumptus quod ei convenit quod (*corr.* qui) additus est numero apostolorum et assumptus in apostolatam ex publicano quod multum ex opere accepit.

Marcus de tribu Levi interpretatur eccelsus mandato utique propter evangelium quia primus fuit praedicator evangelii in Alexandria. Lucas Syrus natione antiochensis interpretatur consurgens sive elevans quia primitus dicit de nativitate Christi usque dum finit de ascensione Christi in caelum. Iohannes quodam vaticinio ex merito nomen accepit et interpretatur Dei gratia, amplius enim (*...eras.*) eum prae ceteris apostolis dilexit Iesus, de loco et tempore vel causa scribendi quaeritur. Matheus in Iudaea tempore gai galliculi in IIII^{to} tyranno regni eius edidit Evangelium hebreo sermone (*...eras.*), ebreorum maxime causa qui in Christo crediderunt ex Iudaeis ut nequaquam umbram legis servarent succedente Evangelii veritate. Marcus in Italia X^{mo} IIII^{to} anno Claudii interpretatus Petri discipulus iuxta quod Petrum audierat, rogatus a fratribus Romae breve scripsit Evangelium quod cum Petrus audisset, probavit ad legendum sua auctoritate edidit. Lucas in Achaiae et Bithyniae partibus in tempore Pauli vel Claudii postulante teophilo Evangelium scripsit. Iohannes in Asia Minore ubi Ephesum est in secundo anno Nervae filius Zebedei novissimorum omnium scripsit Evangelium, rogatus ab Asiae episcopis contra (*cor...non leg.*) aliosque eriticos (*ut vid.*) et maxime tunc ebionitarum dogma consurgens qui adserunt Christum ante Mariam non fuisse, unde etiam compulsus est nativitatem eius divinam edicere, item sicut quatuor venti IIII^{or} caeli climatibus spirantibus (*corr.* spirantes) qui pluvias in terram de nubibus spargunt herbas et arbores et omnes plantas terrae ad caelum erigunt et paleas a tritico separant. Ita IIII^{or} evangelistae in IIII^{or} climatibus mundi evangelia sua scripserit vel predicaverit. Matheus quippe in Iudaea ad Orientem praedicavit. Marcus ad Austrum in Alexandria. Lucas ad Occidentem in Achaia. (*f. 4r*) Iohannes ad Aquilonem in Asia Minore praedicavit et scripsit, ita hi venti doctrinae suae, spiramina a IIII^{or} patribus orbis fuderunt, hi quoque ex pluviis doctrinae cogitationes et orationes et opera ad caelos erigunt et sanctos a peccatoribus separant et congregabit [*add. s.l. dñs (?)*] triticum in horreum suum. Paleas autem comburet igni, item et mater quasi omnium elementorum fundamentum. Aqua Marcus qui baptismatis in primis loquitur sacramenta. Aer Lucas qui interpretatur consurgens sive elevans ab inferioribus a nativitate, in principio usque ad ascensionem Domini in caelum continuato (*corr.* continuatum) sermonem contigit; sicut aer ab inferioribus patribus usque in caeli spacia porrigitur. Ignis Iohannes qui diinitatis ignem omnia penetrantem suo ostendit libro ut dicit Moyses Deus noster ignis consumens est. Item IIII^{or} licora (*corr.* liquores) IIII^{or} Evangelia significant: Matheus melli propter perfectorum dulcedinem praeceptorum comparatur. Marcus vino propter austeritatem paenitentiae in primordio suis sermonis narratam. Lucas lactis (*f. 4v*) similitudini coaptatus pro sinceræ et misticæ candore doctrinae. Iohannes oleo quod in omnibus eminens dicens (*corr.* dixit) lucem divinitatis initio coruscantem sui sermonis. Item IIII^{or} tempora (*corr.* temporibus) anni IIII^{or} Evangelia iunguntur. Matheus hiemi initia ac pampinos

coalenti unde omnes arare dixerunt. Marcus veri post hiemem flores et gemmas erumpenti unde postmodum dicitur seminare. Lucas aestati quia post vernum tempus crescentia terrae germina pluvialibus a quis inrigantur ac solis caritate coruscantur. Iohannes autumnu quia post aestatis calorem et inrigationem concta ad perfectionis maturitatem perveniunt cui enarrando Christi divinitatis et consumendae canonis perfectio data est a Domino. Unde ei post tras evangelistas incrementum dicitur dare (*corr.* dari). Item quod vidit Iezechiel

V₃:

(*f.* 5^r) pleni sensibus spiritualibus et providentes de praeterito et futuro (quid sicut in diebus Noe, ita erit adventus filii hominis *add. marg. inf.*) et vultus eorum facies hominis et facies lonis et vituli et aquilae. Prima hominis facies significat Matheum qui quasi de hominw exorsus est praedicare et scribere dicens: Liber generationis Iesu Christi filii david, filii Abraham. Secundum (*corr.* secunda) Marcum in quo vox leonis rugientis auditur in heremo dicens: Vox clamantis in deserto. Tertium simile vituli qui Lucam a Zacharia sacerdote sumpsisse principium significat dicens: Fuit in diebus Herodis regis sacerdos quidam nomine Zacharias. Quartum Iohannem qui adsumptis pennis aquilae et ad altiora festinans de vero Dei disputat caetera quae sequuntur in eudem sensum proficiunt et in singulis IIII^{or} facies et IIII^{or} pennae. Quid pro faciem nisi notitia, quid per pennas nisi volatus exprimitur? Per faciem quippe unusquisque cognoscitur, per pennas vero in altum corpora avium sublevantur, facies itaque ad fidem pertinet, pennae vero ad con(*f.* 5^v)templationem. Per fidem namque ab omnipotente cognoscimur, per contemplationem vero quia super nos metipsos sublevamur quasi in aera sustollimur. Et quatuor facies uni quia si requiras quod Matheus de incarnatione Domini sentiat hoc quod Macus, Lucas et Iohannes et alia similiter multa quod in uno invenis in omnibus pene invenire poteris et ideo habent singuli singulorum facies et IIII^{or} pennae uni quia omnis dedi unitate Domini loquuntur. Et pedes eorum pedes recti quia sanctorum evangelistarum et omnium sanctorum pedes non sunt retorti ad sequendam iniquitatem vel quia nihil pravum perversum ve (*ut vid.*) in Evangeliiis invenitur. Et pedes eorum similes vituli. Vitulus quippe ungulam dividit, per ungulam divisam discretionem doctorum significat. Cur homo et leo a dextris ipsorum IIII^{or} dicitur et vitulus a sinistris ipsorum esse memoratur? Et cur aquila neque a dextris neque a sinistris sed desuper ipsorum esse dicitur? Per dexteram enim laetitia, per sinistram tristitia designatur. Letitia fuit quando Deus ut homo natus est et quando (*f.* 6^r) tertia die ut leo resurrexit. Sed tristitia quando ut vitulus immolatus est. aquila non est iuncta vitulo et (*corr.* sed) desuper esse scribitur sive per hoc quod eius ascensionem signat sive quia verbus patris Deum ut patrem esse demonstrat, ideoque super ceteros evangelistas esse dicitur. Et si aquila cum tribus iuncta IIII^{or} enim animalia sunt quomodo desuper ipsorum IIII^{or} sse scribitur, nisi quia Iohannes per hoc quod in principio verbum viidit semetipsum transcendit? Quia ergo semetipsum transgressu est, non iam solum super tria sed adiuncto se super IIII^{or} fuit, et facies eorum et pennae eorum

extentae desuper quia omnis intentio sanctorum omnisque contemplatio super-
tendit ut illud poscit (*corr.* possit) adipisci quod in caelestibus quaerit. Per IIII^{or}
enim evangelistas omnes sancti designantur, pennati pedes dicuntur qui^a aliquan-
do stant, aliquando volant. Stant in historiae narrationem, volant in sensum subli-
mitate vel qui^a finis uniuscuiusque libri tenditur in caelum, in resurrectione et
ascensione, et quocumque ibat spiritus ibant, quia (*f.* 6v) quicquid spiritus sug-
gerebat hoc scribebant et non revertebantur, quia semper de futuris id est de die
iudicii et de supplicio et de regno caelorum adnuntiant, nec ad terrena bona sua-
dente diabolo revertuntur et scintillae ac lampades in medio discurrentes quia in
medio litterae vilisque historiae sacramenta spiritus sancti reperiuntur vel quia in
scintillis id est in veteri testamento Evangelia interlucent, et rota in rota quia
uniuscuiusque eloquium hoc est narrationis cursus est et in alterum (*corr.* altero).
Item cur Iohannes in Apocalypsi primum animal simile leoni et secundum animal
simile vitulo? Quia ut Augustinus ait: Rationabilis Matheus leoni compa-
ratur qui regiam Domini personam in genealogia per reges David et Salomone
deductam et magis regem natum quaerentibus et Herode rege formidante com-
mendavit. Leo namque rex bestiarum est et Christus leo de tribu Iuda. Marcus
homini quia neque regalem Domini stirpem ut Matheus neque sacerdotalem (*f.*
7r) dignitatis sed tantum narravit quae ad humanitatem Domini pertinent. Item
cur alii ut iuencus Marcum aquilae et Iohannem leoni comparant? Id est Mar-
cum cum aquilae propter brevitatem cursus vel velocitatem. Iohannes est vero
leoni propter fortitudinem divinitatis quae Dominus suscitavit quem et ante
seculum aequalem patri id est Deum et regem praescripsit dicens: In principio
erat verbum et verbum erat apud Deum et Deus erat verbum. Sed Christus omnia
haec in semetipso complevit: homo nascendo, vitulus moriendo, leo surgendo,
aquila ascendendo. Per tria animalia quae in terris gradiuntur significant activa
vita, per quartum quod volat teoretica. Item per IIII^{or} latera tabernaculi cum bino
altare IIII^{or} evangelistae cum duobus mandatis dilectio scilicet Dei et proximi.
Item quaterdeni dies de ieiunio deserti completi IIII^{or} evangelistae. Item per IIII^{or}
partes vestimentorum Domini in militibus divisas IIII^{or} evangelistae significan-
tur quae (*corr.* qui) diviseritur. Item ter quaternus numerus sanctorum apostolo-
rum (*f.* 7v) IIII^{or} evangelistas significat cum fide trinitatis. Item ter quaternus
numerus cofinorum repletus micis quinque panum IIII^{or} Evangelia significat
impleta mysteriis V librorum Moysi cum fide trinitatis. Item IIII^{or} virtutes ani-
mae plenae per IIII^{or} Evangelia significantur: prudentia in Matheo et re vera quia
inter omnia animantia hominis prudentia praecellit, fortitudo in Marco leo enim
fortissimus bestiarum est, temperantia in Luca nam vitulus mansuetum atque
domabile animal est, iustitia in Iohanne quae cunctas transvolat virtutes ut aqi-
la. His supradictis speciebus addunt quidam regulam hoc modo: Matheus
inquiunt regulam iustitiae tenens, incipit enim ab Abraham cui fides reputatur
ad iustitiam; Lucas regulam legis tenens incipit a sacerdote Zachariae; Marcus
prophetiae tenens regulam, in primis prophetarum ponit testimonium; Iohannes
regulam tenens adventus ipsius Domini ita exorditur: In principio erat verbum ac

deinde et verbum caro (*f. 8r*) factum. His igitur (*corr. virtutibus*) IIII^{or} mundi temporibus (*corr. tempora*) coaptari possunt; primo enim iustitia fuit, hoc est in lege naturae; II^{do} lex litterae; III^o lex prophetiae; IIII^{to} adventus Domini in carne. Cur IIII^{or} Evangelia non per IIII^{or} apostolos scribuntur nisi per duos discipulos et II^{os} apostolos? Quia filii Iacob de duabus liberis et duabus ancillis nati sunt et quia non solis apostolis data est licentia praedicandi. De ordine quoque queritur, cur Marcus ante Lucam ponitur cum Christus prius immolatus est et post ea resurrexit? Ideo quia Ezechiel hominem et leonem a dextris et simul vidit vitulum vero a sinistris et solum vidit sicut supradictum est, aquilam vero super omnes et ideo Iohannes novissimus ponitur. Item IIII^{or} haec animalia unumquemque sanctum significant debet esse homo ut intellegat suam naturam caducam et fragilem et ne extollat se super id quod non est; debet esse leo ut surgat a vitiis ad virtutes ut si resurrexistis (*corr. resurrexit*) cum Christo quae sursum sunt sapite (*corr. sapiat*) non quae super terram; debet esse vitulus ut imolet semetipsum hostiam vivam sanctam Deo placentem; (*f. 8v*) debet esse aquila ut in contemplatione et mente volet ad caelum adsumptis virtutum pennis.

V4:

Matheus ideo carnalem narravit genealogiam quia rudibus in fide exposuit ut postea ad veram pervenirent scientiam; cur genealogia secundum Matheum a patribus ad filios descendit, secundum Lucam vero a filiis ad patres ascendit? Ideo quia per patrem filius et per filium pater creditur ut nemo venit a Domino nisi pater traxerit illum, item nemo venit ad patrem nisi per me. (*f. 9r*) Genealogia brevis secundum Matheum quae a peritis in lege exposita est, secundum vero Lucam longa est causa imperitissimorum grecorum. Matheus cui nomen patris in filio et filii nomen in patre restituit ostendens unum esse patrem et filium ut ego et pater unum sumus. Liber generationis subauditur hic est Israheli spiritali adsignatus ut carnali liber Geneseos adsignatus est ut hic est liber generationis caeli et terrae. Item hic est liber generationis Adae, primus enim de creatione caeli et terrae scriptus est, secundus de renovatione omnium, tali enim initio usus est Matheus ut Iudaei librum eius crederent esse Evangelium et Dominum venisse prophetatum de stirpe David et Abraham in capite libri scriptos (*corr. scriptus*). Liber generationis id est memoria libri vel a librando dictus id est poenas peccatorum et premia iustis (*corr. iustorum*), liber generationis dixerunt (*corr. dixit*) cum parva pars sit libri genealogiae, hoc enim ex consuetudine Hebraeorum dixit qui ex initiis suis nomina inponunt libris, genus in distinctione animantium gens in divisione linguarum. (*f. 9v*) Generatio in successione filiorum dici (...*eras.*) solet, hoc est in genealogia. Liber generationis in Isaia legimus, generationem eius quis enarrabit? Ibi de genealogia divina hic de carnali dictum est a carnalibus animi incipit Matheus ut per hominem Deum discere incipiamus; vel quis id est vix ullus, item ipse liber quem vidit Iohannes in Apocalypsi, iste liber Evangelii est. Et erat scriptus intus et foras id est historia foris et spirituales sensus intus. VII^{tem} signatus intus sigillis. Et nemo erat qui possit aperire illum et solvere signacula

nisi tantum leo de tribu Iuda, id est Christus primo in incarnatione, II^{do} in natiuitate, III^o in baptismo, IIII^{to} in passione, V^{to} in resurreccione, VI^{to} in ascensione, VII^{mo} adhuc clausus est qui aperietur in adventu eius, Iesu hoc enim nomine primitus in Rafalm a Moyse, alius Nun ad pugnandum contra Amalech nominatus est et Iesus filius Siraoh et tertius Iesus qui legitur in libro Esdrae et huius nomini et himologia (*sic*) Gabrihel angelus expressit et vocabis inquieris nomen eiu Iesum, ipse enim saluum faciet et reliqua, Aaron autem unctus in sacerdotium (*f. Ior*) in monte Synai ad eodem legislatore, primus messias id est Christus dictus est uterque tamen Iesum nostrum ducem ostendit qui de victo Amalech spiritua-lem semetipsum obtulit hostiam Deo, Christus unctus a crismate utique spiritus sancti ut unxit te Deus Deus tuus; in lege sacerdotes et reges et prophetae unguebantur Christus vero prae consortibus non oleo corporali sed oleo spiritus sancti in sacerdotem et regem et prophetam unctus est ut dicitur: tu es sacerdos in aeternum. Item Deus iudicium tuum regi da. Item suscitabit vobis Dominus prophetae, hec duo nomina arbitrio scriptorum invicem sibi ponuntur. Matheus dixit liber generationis Iesu Christi, Paulus vero Christi Iesu, ideo Matheus dicit Iesu Christi quia filius nace primitus dictus est Iesu ante Christum, di est Aaron unctum vel qui scripsit ad Hebreos nomen Hebreum primitus dixit Iesum. Paulus vero Christi iesu dixit, qui ad grecos scripsit, nomen grecum posuit, et quia altior sensus nominis Christi quam Iesu quia Christiani dicuntur (...*eras.*) a Christo (...*eras.*) non ab Iesu. Et ideo haec duo nomina simul iunguntur ut indicent divinitatem et humanitatem (*f. Iov*). Iesus nomen divinitatis est, Christus humanitatis, et simul in veteri Testamento iunguntur ut veritas de terra orta est et iustitia de caelo prospexit. Iesus in hebreo, Sother in greco, Salvator in latino; Messias in hebreo, Christus in greco, Unctus in latino. Iesus et Christus per notas semper scribi debent quomodo Deus ut dicitur quem non continent viscera non continentur nomen eius litteris. Filii David, filii Habraham ordo praeposterus sed necessariae commotus (*corr. commutatus*), si enim prius posuisset Habraham ut genealogiae saeries texeretur, ideo autem praemissis aliis horum filium dixit quia ad hos tantum facta est repromissio de Christo. Ad Habraham enim dictum est “in semine tuo (benedicentur omnes gentes *add. marg. sx*); ad David “De fructu ventris tui (ponam super sedem meam *add. marg. inf.*)”. Vel ideo prior positus est David quia propius fuit Christo Abraham genuit Isaac recte a capite fidei et ipso initio promissionis Christi genealogiae usque ad ipsum Christum dirigitur; hamus (?) utique in fide regis (*corr. legis*) et in finem genealogiae positus quo aduncatus (*f. I Ir*) est Leviathan maxillaque eius perforata paenitentiae ianua aperta est. Genuit non fuit neque generavit divinitatem Christi ostendit dicens divinitas. Ego hodie genuite. Item ante Luciferum genuite. Matheus genuit quia filios naturae dicit Iudam et fratres eius Israel (*exp. et add. marg. dx*. Hismael) primogenitus Abrahe et Esau primogenitus Isaac quasi alieni a populo Dei praetermissi sunt, fratres vero Iudae commorantur patriarchae XII^{cim} tribuum qui erant de populo Dei non sunt etiam de genealogia Christi alieni. Iudas genuit Fares et Zara, isti non sunt primogeniti Iudae sed qui simul nati sunt recte simul comme-

morantur et istorum utque nulla culpa natus est qua excluderentur de genealogia. De Thamar praetermissis coniugibus legitimis III^{or} extraneae mulieres sumuntur in genealogia Christi; Thamar enim sub habitu meretricis in bivio sedens. Raab meretrix Salmoni principi tribus Iudae de (...*eras.*) Iherico se iungens. (*f. 11v*) Ruht mortuo viro suo de Moab regione veniens iungens se Booz. Betsabee de regis David adulterio concipiens, hoc factum est ut secundum litteram Domini clementiam admiraremur maximam qui propter hominis peccatum delendum non solum de hominibus sed etiam de peccatoribus, et meretricibus nasci dignatus est. secundum sensum vero in istis III^{or} mulieribus, Ecclesia ventura ad Dominum de gentilitatis errore significatur que prius aliena et sterelis postea vero Domino coniuncta est matrona et plures adoptivos filios Deo parit quam sinagoga que prius ut dum proprium habuit virum [generavit *add. marg. sx.*] David regem dixit non quasi solus rex de Iudea sed qui primus regum usque ad transmigrationem Babilonis, velut alii distinguunt a David milite ex ea quae fuit uriae sola Betsabae non nominantur pro scelere coniugii sine poenitentia. Nam aliae III^{es} non solum non debent culpari sed et laudem meruertit; urias vero nominatur qui iustus occisus est David vero etiam si adulterus et homicida hic nominatur in exemplum verae (*f. 12r*) poenitentiae eius quod de suo adulterio talis filius nascitur exclusus semine. Christus generatur ad Abraham usque ad David patriarchae et duces a David usque ad trasmigrationem reges et a trasmigratione iudices deducuntur. Ioram genuit Oziam, in historia regum legimus Ochoziam Iohas Amasiam, III^{es} reges quos hic evangelista praetermisit. Ideo quia proposuit evangelista III^{es} tesseres cedem cades diverso statu temporum ponere; rectius (*corr. rectius*) erat ut tres mali reges praetermitterentur quam ullus ex bonis et quia Ioram miscuerat se generi pessimo Hiezabelis accipiens filiam Ahab Athaliam in coniugio, ex qua generavit Ochoziam. Ideo usque in tertiam generationem memoria eius de sanctae nativitatis ordine tollitur dicente Domino in lege: Ego sum Deus; Zelothis visitans peccata patrum in filios usque in tertiam generationem eorum qui oderunt me; in illos utique peccata patrum visitantur qui peccatis odio Domini pertinaces fuerunt et in illis misericordia efficitur qui in dilectione Dei permanent (*f. 12v*) Bonum (*corr. bonus*) enim homo a quo vis pertransit dignus est misericordia, malus vero paena. Ioram utique accepit Athaliam quae defuncto Ochozia filio eius nepotes suos filios Ochoziae occidit et ipsa regnabit (*corr. regnavit*) VII annus in Iudaea. Quibus mortuis occultatus est Iohas quam Iosabeth filia regis Ioram soror Ochoziae internitioni quae exercebatur ab Athalia subtraxit in templum qui occisa avia sua ab Ioiade sacerdote nutritore suo in regem ordinatus, qui mortuo Ioiada (*corr. Ioiade*) nutritore suo filium eius Zachariam sacerdotem occidit inter templum et altare Amasia suo (*corr. sive*) Deum rennuvit et idola adoravit. Isti ergo tres (Ochosias et Iohas et Amasias *add. marg. sx.*) Ioram heredes impietatis merito per omnes a genealogia Christi excluduntur. Iosias autem genuit Ieconiam et fratres eius communis impietatis et aequalis infamia et omnium transmigratio iechoniae simul et fratrum eius fecit mentionem pro Iosia enim inbelle contra Nechdo regem Aegypti occiso, Acas filius eius III menses in Hierusalem regnavit

et transtulit eum rex Egypti in Egyptum (*f. 13r*) et constituit pro eo fratrem eius Heliachim qui et Ioachim, qui XI annis regnavit quem malum coram Domino Nabugodonosor vinctum catenis duxit in Babilonem et regnavit Ioachim qui et Iechonias filius eius pro eo III menses, quem quoque malum coram domino mittens Nabugodonosor duxit in Babillonem et constatuit sede Chiam patrem (*corr. patrum*) eius (*...eras*) regem pro eo super Iudaeam quem malum coram Domino Nabugodonosor incendens templum et auferens vasa Domini duxit in Babillonem si voluerimus. Iechoniam in fine primae tesserarum caede cadis non XIII sed XIV sequuntur. Restat ergo ut Iechoniam priorem sciamus ipsum esse Ioachim patrem, Iechoniae filium qui in Danielis scribitur initio; secundum Iechoniam ipsum esse Ioachim nepotem Iosiae qui ipse in Ezechielis initio dicitur quorum prior per kappa et mi sequens per (*...eras*) et ny (Christiani *add. s.l.*) in que ita apud grecos et latinos confusum et scriptorum vitio et longitudine temporum ut aberrantibus id est in duorum prophetarum commemoratus putetur princeps, deinde si dixeris Iheconiam ab Iosia genitum cum sit nepos non filius (*f. 13v*) ipsius Ioachim Iechoniam fuisse vocatum licet nullo alio loco (propter *eras*.) Evangelii locum legamus nullus de filiis dicit sed si invenerit reticetur usque evangelista prodit. Sed ipse solus evangelista ideo patrem iechoniam nuncupat quia praeparatio Domini qui ita et hunc sicut et alium merito praeparavit Dominus ad transmigrationem. Unde in transmigratione filios Iosiae dicitur genitos cum antea nati sint quia ad hoc nati sunt praesentia (*corr. praescientia*) Dei ut transmigrant (*corr. transmigrarentur*) pro sui peccatis. Secundum vero Augustus iechonias bis numeratur in fine prioris et in capite deflexionis ad gentes extraneas Babiloniae et cur pater eius praetermittitur nisi quia significat Christum a circumcissione ad praeputium sicut ab Hierusalem ad Babillonem in quodammodo migratorum et hinc utriusque in se credentibus sicut lapidem angularem futurum. Iacob autem genuit Ioseph et ideo per Ioseph cum non sit pater genealogia Christi deducitur primo quia ut mulierum ordo genealogiae texetur non est consuetudinis scrip(*f. 14r*) turae, secundo ut per Ioseph origo Mariae monstraretur quia de eadem tribu fuerunt contestante lege: Nemo accipiat uxorem nisi de tribu sua. Lucas vero fuit qui dicit. Alter secundum naturam pater, alter secundum legem. Scimus enim hoc per Moysen praeceptum Domino iubente ut si frater vel propinquus sine liberis mortuus fuerit accipiat alius uxorem eius ad suscitandum semen fratris vel propinqui sui. Iacob autem et Heli fratres uterini fuerunt id est unius matris esse a nomine quae post Melchi mathan adfinitatis iure iuncta est, cumque Heli maior natu uxorem duxisset sine filiis defunctus in cuius nomine suscitatus est Ioseph ex Iacob carnaliter generatus, hanc expositionem duorum patrum Phamphilus et Eusebius et Hieronymus et Ambrosius et Eucherius usi sunt. Augustinus vero dicit duos patres habuisse Ioseph, unum a quo genitus, alterum a quo adoptatus fuit. Antiqui enim consuetudo adoptandi filios in populo Dei erat ut Iacob nepotes suos filios Ioseph sibi filios obtavit Effraim et Manasen ut illud auxit numerum (*f. 14v*) tribuum Israhel et Moysen filia pharaonis et in Christo hoc factum est, ut dicit Martha (*corr. Maria*) fili quid fecisti nobis sic ego

et pater tuus quaerebamus tecum utique. Ioseph non genuit Iesum sed optavit. Lucas XLIII a Christo usque David, Matthaeus a David usque Christum XXVIII posuit quia vel post transmigrationem unus ius numeratur, vel Lucas avum aeternum qui dicit solvit istam questionem causa optandi virum Mariae id est sponsae vocantur uxores sicut sponsi viri et mariti dicuntur. Matheus genealogiam initio libri sui posuit qui ad Iudaeos scripsit ut intellegant illum iam venisse per hos patres quem prophetae venturum esse dixerit ex hisdem. Ad vero Luca non ante sed post baptismum posuit genealogiam Domini ut nullus postquam audivit vocem Domini dicentis "Hic est filius meus dilectus" credidissent quod filius Ioseph fuisset. Ab Abraham usque Christum secundum Matheus XLII^o sunt in genealogia hic est a capite fidei usque terram viventium relicto errore gentilitatis in figura XLII^{arum} mansionum filiorum (*f. 15r*) Israel de Aegypto terram repositionis quibus IV mansiones praetermissae sunt ubi Aaron mortuus est et ubi populus contra Dominum et Moysen de fastidio manne murmuraverunt et ubi serpentibus vulnerati in figuram trium regum qui de genealogia tolluntur, secundum vero Lucam LXVII in genealogia sunt *add. marg. dx* inter Adam et Christum propter remissionem peccatorum ut Dominus ad Petrum non dico tibi septies sed septuagies septem item interpretatio hominum primum nomen (Ram *exp. et add. in marg. dx* Thare) id est pater Habraham interpretatur pater excelsus. Habraham pater multarum interpretatur, subaudis gentium significat Christum quia ipse filios multarum gentium habet ut dicitur si custodierint filii tui legem meam. Isaac risus interpretatur quia risit Sara et Abraham, pro gaudio significat Christum ut ecce adunatio vobis gaudium magnum. Iacob interpretatur subplantator quia ter supplantavit fratrem suum: primo ex utero matris, secundo per lentem, tertio per benedictionem, significat Christum qui ter subplantavit diabolus: Primo non in solo pane vivit homo, secundo non temptabis Dominum Deum tuum, (*f. 15v*) tertio Dominum Deum tuum adorabis et alibi nemo potest diripere vasa fortis nisi prius alligaverit fortem. Iudas confessio interpretatur sicut mater eius ait "nunc confitebor Dominum quia dedit mihi quartum filium" significat Christum ut confiteor tibi pater caeli et terrae. Phares interpretatur divisio vel divisit ut dixit obstetrix "quare divisistis maceriam" significat Christum ut statuet oves a dextris, edos autem a sinistris et dividit eum patrem eius ponet cum ypocritis. Zara oriens vel coccineus interpretatur oriens quia prius orire (*corr. oriri*) debuit, coccineus quia filium coccineum alligatum est digito eius, significat Christum ut visitavit nos oriens ex alto et quare rubrum est indumentum tuum. Thamar interpretatur palma et amara, fames vel inpetus, palma propter victoriam quia suscitavit semen mariti sui; amara propter viduitatem, fames orioter desiderium liberorum, impetus quia impetum fecerit in eam ut comburetur, Ecclesiam significat. Esdrom sagittam vidit vel atrium eorum, interpretatur sagittam quia eo tempore natus est quando (*f. 16r*) Chananei inimicitias exercebant contra Israel pro nece Sichem et Amor (*corr. Emor*), atrium eo quod ipsius tempore habitabat Israel in tabernaculis et tentoriis significat Christum ut sagittae tuae acutae et stantes erant pedes nostri in atriis tuis. Aram electus sive excel-

sus interpretatur significat Christum ut hic est filius meus dilectus et excelsus super omnes gentes Dominus. Aminadab populus meus sponteneus interpretatur eo quod tempore nativitatis eius habitabat populus Israel sponte in terra Aegypti significat Christum ut nemo tollet animam meam a me. Naason auguriens vel augur fortis interpretatur eo quod ipsius tempore coepit Israel in Aegypto auguriari et idola adhorare significat Christum qui auguriabat de praeterito ut Abraham pater vester exultavit ut videret diem meum de praesente ut quid cogitatis mala in cordibus vestris de futuro ut erunt homines sicut angeli Dei. Salomon interpretatur sensibilis sive sensus ac ideo dux factus est tribu Iudae significat Christum ut quis me tetigit sentio virtutem de me exisse. Raab interpretatur latitudo quia prius dilatavit peccatum carnis suae ut meretrix et postea dilatatum est genus eius inter filios Israel, significat Ecclesiam per totum mundum dilatatam. Booz interpretatur in quo robustus sive in ipso fortitudo qui fortitudinem visus est facere quando accepit Ruth ut suscicaret semen propinqui sui quod alius vir facere noluit, significat Christum ut si exaltatus fuero a terra omnia traham mecum. [Z] Obeth interpretatur serviens eo quod bene servivit Deo, significat Christum ut filius hominis non venit ministrari sed ministrare. [Z] Ruth interpretatur festinans eo quod de terra aliena festinavit ad populum Dei, significat Ecclesiam qui festinavit ad Christum. Iesse interpretatur in sole sacrificium vel incensum eo quod genuit filium qui plurimum sacrificium vel incensum Deo offerre constituit, significat Christum ut in sole posuit tabernaculum suum et ignem veni mittere in terram et quid volo nisi ut ardeat. David interpretatur fortis manu sive desiderabilis quia vicit Goliath et diligebat eum omnis Israel, significat Christum ut Dominus fortis et potens Dominus potens in prelio; et ecce veniet desiderabilis cunctis gentibus. Betsabeae interpretatur filia iuramenti vel puteus societatis (*f. 17r*), significat legem quae iuncta est alio viro id est Christo post mortem viri sui id est post mortem Moysi. Urias lux mea Deus interpretatur significat Moysen sicut supra diximus. Salomon interpretatur pacificus eo quod dedit illi Deus pacem in regno, significat Christum ipse est enim pax nostra quae fecit utraque unum. Roboam interpretatur latitudo vel impetus populi per antifrassin eo quod angustum regnum id est pravum (*corr.* parvum) habuit vel eo quod undecim tribus se diviserunt a regno eius, significat Christum ut venite ad me omnes qui laboratis et honorati (*corr.* honorati) estis. Abia interpretatur pater Dominus quia fuit pater populi et bene fecit prius coram Domino, significat Christum ut nolite vocare patrem super terram unus est pater vester qui in caelis est. asa interpretatur dolens tollens sive adtollens, doluit enim peccata populi, abstulit autem idola de regno suo et exaltavit civitates pluras, significat Christum ut vidit Dominus Iherusalem (*ut vid.*) flevit super eam et ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi et adtollite portas principes vestras. Iosaphat ipse iudicans vel Domini iudicium vel Dominus iudicavit quia populum suum bene iudicavit vel inter (*f. 17v*) prophetas Domini et Acab iudicio discevit et quia Dominus iudicavit inter ipsum et Acab cum persequerentur eos Syri significat Christum ut pater non iudicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. Ioram excelsus sive

sublimavit interpretatur significat Christum ut nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in caelis. At vero Ochozias, Ioas et Amasias non numerantur in genealogia Christi ob causas superius dictas. Ozias interpretatur robustus Domini qui contra quamquam gente pugnabat vincebat, significat Christum ut Lazare veni foras. Ioatham interpretatur consumatus sive perfectus quia consummavit mandata Domini significat Christum ut consummasset Iesus omnia verba haec. Acahth interpretatur adprehendens, adprehendit enim idola et coluit (significat Christum *add. marg. dx*) adprehendit manum puellae et suscitavit eam. Ezechia interpretatur fortis Dominus vel Dominus confortavit quia confortavit eum Dominus ab iniquitate et annos vitae illi adiecit significat Christum ut confide quia ego vici mundum. Manases oblitus interpretatur quia oblitus est prius mandata Dei et postea obliviscens idola et fecit mandata Dei significat Christum (*f. 18r*) ut dimittuntur tibi peccata tua id est obliviscantur. Amon fidelis sive honestus quia fidelis fuit pater eius et ipse honestus fuit in pulcritudine formae, significat Christum ut petite et dabitur vobis et speciosus prae filiis hominum. Iosias interpretatur ubi est incensus Domini quia non solum fecit voluntatem Domini in omnibus sed etiam tale Pascha fecit Domino quale non ante factum est significat Christum ut prolixius orabat et dirigatur oratio mea sicut incensum. Item Eliachim qui et Ioarim qui scribitur in principio libri Danielis, hic fuit filius Iosiae (*corr. Ioas*) qui non scribitur in genealogia interpretatur autem resurrectio Domini quia sicut ille transmigravit de Iudea in Babillonem in captivitatem ita Christus de circumcisione ad praeputium ut cum resurrexero praecedam vos in Galilea et ascendens in altum captivitatem nostram sua virtute duxit captivam id est de terra ad caelum. Ioarim autem interpretatur Domini praeparatio ipse scribitur in principio libri Ezechielis ipse quieti, Iechonias hic nepos Iosiae non filius interpretatur autem preparatio Domini ut venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est et si ascendero paravero vobis locum. Babilon confusio interpretatur (*f. 18v*) un confundantur qui adhorant sulptilia. Salathiel interpretatur petitio mea Deus eo quod in tempore eius petivit populus captivitatis ut reverteretur in terram, significat Christum ut pater sacntifica eos quos dedisti mihi. Zorobabel interpretatur iste magister de babilone significat Christum aliquando de confusione ut venite ad me omnes et reliqua, aliquando (de confusione *exp.*) de erubescencia ut hic cum publicanis et peccatoribus manducat. Abiud interpretatur apter meus iste significat Christum ego et pater unum sum. Eliakim interpretatur Dei resurrectio significat Christum ut qui credit in me non morietur in eternum sed ego resuscitabo eum. Azor interpretatur adiutus significat Christum ut non sum ego solus sed pater mecum est. Sadoc interpretatur iustificatus vel iustus significat Christum ut veritatem loquor quia verax est qui mecum est. Achim interpretatur frater meus dicite fratribus meis ut eant in Galileam. Eliud interpretatur Deus meus es tu significat Christum ut Deus meus et Dominus meus. Eliezar (*corr. Eleazar*) interpretatur Deus meus adiutor significat Christum ut qui me misit mecum est. mathan interpretatur donans significat Christum ut omne debitum dimisit tibi. Iacob interpretatur

supplantator (*f. 19r*). Ioseph interpretatur auctus significat Christum ut alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili. Maria interpretatur stella maris sive inluminatrix vel domina quia stella dulcis est nautis, mare amarum est, sic Maria in mare id est in mundo. Fuit inter peccatores et quia mos est ut stella viros ad portum adducat si sequantur illam, sic Maria in mundo ubi natus est Christus qui omnes ad vitam ducit sequantur illum. Inluminatrix et domina dicitur qui verum lumen et Dominum nobis peperit. Cur mulieres in genealogia etiam peccatrices? Quia ipse ad vitam veniunt aeternam ut viri et ideo peccatores recipiuntur quia ipse dixit non veni vocare iustos sed peccatores (in paenitentia *exp.*).

Cur Habraham et David in capite genealogiae ponuntur secundum Matheum? Quia illis Christus promissus est venturus. Abrahae dictum est in semine tuo benedicentur omnes gentes, ad David dictum est de fructu ventris tui. Cur Matheus incipit genealogia ab Abraham, Lucas vero a Christo ad Abraham? Ideo Matheus ab Abraham quia Habraham auctor et capud fidei ut est credidit Habraham; ideo vero Lucas (*f. 19v*) a Christo incipit quia Christus verus genitor humani generis. Cur secundum Matheum genealogia praecedat baptismum, secundum vero Lucam baptismum genealogiam praecedat? Ideo Matheus praecedat genealogiam ut de genere Christi dixisset antequam dixissent de munere gratiae eius. Lucas vero voluit praedicare de gratia divina quam de genere humana vel ideo post baptismum dixit Lucas ut ostenderet vocem patris vel angelis testantis de filio et qui nemo ascondit ad patrem nisi post baptismum. Cur XLII posuit ab Habraham usque Christum, Lucas vero LVII? Ideo quia Matheus maiores dominio generis, Lucas vero alio ordine id per adoptionem generationis texuit. Cur Matheus per Salomonem, Lucas per Nathan genealogiam texuit? Ideo ut per regalem et sacerdotalem familiam Christi ostenderent generationem quia ille fuit secundum carnem rex ex regibus et sacerdos ex sacerdotibus, tu Deus iudicium tuum regi de; item tu es sacerdos in aeternum. Cur Matheus dividit genus in III XIII ideo ut ostenderet patriarchas ab Abraham usque David et reges a David usque transmigrationem Babillonis et regnum (*f. 20r*) postea a Iudeis discessisse usque Christum; ideo Lucas LVII ab Abraham usque Christum dicit ut ostenderet mysterium quinquagesimi numeri in veteri et novo testamento qui ad paenitentiam pertinet et septimi numeri qui pertinet ad hominem septenum id est corde anima et mente et terra aqua igne et aere. Lucas a Christo ad Adam ducit, ostendit quod per Christum genus Adae solvitur a peccato sive quod de Christo exeunt qui redeunt ad patrem. Item quid significat per III genera venire ad Christum nisi fidem spem et caritatem quid per XIII nisi X verba legis et III virtutes animae: prima prudentia, servire Deo non idolis, II^a temperantia, non concupiscere, tertia iustitia, non adulterare, quarta fortitudo, dimittere non occidere. Item duc VII sexies aut sex septies XLII fiunt id est secundum Matheum significat Ecclesiam cum VII donis Spiritus sancti si in praesenti seculo laborantem, item si in crescenti numero I, II, III, IIII lunge (*corr.* lungis) hos simul X fiunt qui significant legem veterem in gratia Evangelii esse adimplendam. Per I enim legem naturae, per II legem Moysi, per III legem prophetarum, per IIII gratiam Evangelii. Sicut

enim (*f. 20v*) X ab his procedunt, sicut dixit tota lex in his IIII^{or} Evangeliiis adimplentur (*corr.* adimpletur) vel in IIII^{or} virtutibus animae. Item per duos qui remanent post XL si Iechoniam bis numeraveris, sin autem duo testamenta significat super extat I qui Christum significat qui est super omnes. Item per XIII ter fidem trinitatis significat qui est funiculus triplex qui difficile rumpitur. Item secundum Lucam LXXVII in hoc numero sunt XI septies, per X legem significat et per I qui super X remenet transgressorem legis, significat per VII hominem qui septenus est significatur et ille qui in hoc numero legem transgreditur recte erat ut per eundem numerum redimeretur. Cur Ruth Moabditae in genealogia Domini ponitur cum legitur Moabditae non intrabunt in Ecclesiam usque in saeculum? Ideo quia sancta et immaculata moribus super legem facta est; si enim lex impiis et peccatoribus posita est utique Ruth quae definitiam legis excessit intravit in Ecclesiam et facta est Hisraelita. Cur Matheus genuit semper, Lucas vero fuit dicit qui mater de generatione propria dixit, Lucas de adoptione in plurimorum (*f. 21r*) dixit. Item mater qui filius nunc idem postea pater, Lucas vero qui pater est nunc filius est postea. Cur Lucas IIII^{or} nominantur de patriarchis in genealogia posuit Iudas, Ioseph, Symeon, Levi? Propter figuram, in Iuda enim illo superiore dominicae passionis mysterium significat, in Ioseph castitatis exemplum, in Symeone vindicta lesi pudoris, in Levi officium sacerdotis. Cur Christus non de alia tribu nascitur voluit nisi tantum de Iuda? Quia quartus filius fuit Iacob. Ideo quia Ruben maculavit stratum patris grande scelus ibi commisit. Simeon et Levi interfecerunt homines pacificos Sichem et Emor de quibus pater ait: odio summe fecistis Cananeis. Et ideo non fuerunt digni ut essent patres Christi. Fuit autem de tribu Iuda quia quartus est filius quia in quatram legem id est gratia Evangelia (*corr.* Evangelii) venit nobis (*corr.* nos) redimere. Cur Christus per mulierem et non per aliam creaturam venire dignatus est? Quia mundus per mulierem periit. Recte erat ut per mulierem recupereretur ut Sedulius: sola fuit mulier patuit quae ianua leto et qua vita redit sola fuit mulier. (*f. 21v*) Item per IIII^{or} (*mulier exp.*) fuit perditio mundi: per mulierem, per virum, per lignum, per serpentem. Per IIII^{or} restauratur: per Mariam, per Christum, per crucem, per Ioseph. Quia serpens qui fuit in Israel Christum significat. Ipse de aere factus est cum IIII^{or} rotis rotundis et elevatur in caput virgae ut viderent illum et fugerent animalia deserti prae timore rotarum et sic unusquisque sanatus si inspexerit Christum in capite virgae id est in cruce. Timor rotarum, timor praedicationis IIII^{or} Evangeliorum et sic fugient animalia id est demones vel cogitationes malae de cordibus nostris. Item botrus qui portabatur in desertum a duobus viris in vecte, botrus Christus est, duo viri Iudei et gentes qui ante ibat et dorsum ad botrum vertebat Iudeos significat quia videbantur ante ire in lege et in prophetis habentes mandata Dei et quibus promissus erat Christus. Quando viderunt illum in vecte pendentem hoc est in creuce dorsum non faciem verterunt qui vero post ibat gentes sunt quae conversae sunt ad Christum pendentem in cruce. Christi autem generatio sic erat ut dictum est in genealogia: Iacob genuit virum Mariae de qua natus est Christus, vel sic erat ut nu(*f. 22r*)meraretur genealogia Christi de quo natus non erat Chris-

tus et non per Mariam de qua natus est Christus, quia non erat mos per feminas genealogias numerari. Aut sic erat sicut postea dicit cum esset desponsata, vel sic erat secundum carnem quid pertinet ad Christum ordo genealogia ductus usque ad Ioseph cum non de Ioseph Christus fuit natus, ideo quia non fuit mos ut per mulieres genealogia virorum texeretur et qui de una tribu Iuda fuerunt Maria et Ioseph, ut in lege unusquisque accipiat uxorem de tribu sua. Et ideo census Caesaris simul in Bethlehem reddiderunt. Cur non dixit hic Iesu sed Christu tantum? Id est reliquit angelo dicenti et vocabis nomen Iesum; cum esse desponsata, cur exponsa natus est Christus et non de simplice virgine? Ideo ut per genealogia Ioseph origo Marie monstraretur et

V5:

ut putaret eum de uxore esse natum et ut esse Ioseph testis virginitatis et ut non invenirent Iudaei et Herodes occasionem mortis in illo dicentes homo malus de adulterio conceptus occidatur (*f. 22v*) et ne virgo ipsa erubesceret et de partu coram hominibus vel pro falsas virgines un non haberent occasionem que si quando peccassent forsitan dicerent sicut Maria sine viro concepit sic nos sine viro concipimus et ut ostenderet sponsum et sponsam licitum esse virgines permanere in copulatione et ut ostenderet quomodo conciperemus si non peccasset Adam. Cur de desponsata et non exponsa et quid est inter sponsam et sponsatam et desponsatam? Id est sponsa quando sponsatur, desponsata quando in manum traditur, sponsata quando corporaliter coniungunt.

V6:

Hic Helvidius dicit sicut nemo de non pransuro dicat antequam pranderet sic de non conventu eorum non dixisset Evang antequam convenirent. Hieronimus dicit: Helvidius ante qui agaret poenitentiam praeventus est morte, an est Helvidio poenitentia agenda post mortem.

V7:

Cum esse iustus id est quamvis esse iustus tamen magis volebat in iustus fieri et adulterium celare quam homicidium perpetrare et quomodo erat iustus si contra legem adulterium consentiebat? Ideo quia sciebat David patrem suum dilexisse inimicos et in hoc Dominum conplacuisse, sic Ioseph nolebat illam ut inimicam traducere sed potius tenere et diligere. Inimica dixi quam esse eius inimica si adulterata esse cum erat sponsa ipsius, vel in hoc erat iustus qui putabat illam adulteram tamen nolebat nec hi matrimonium ducere quia a qui adheret meretrici unum corpus efficitur neque volebat illam manibus iudeorum tradere sed occulte dimittere vel caute tenere quasi in coniuge et sibi ipsi infans reputaretur et nolebat traducere eam qui legerat prophetam dicentem: ecce virgo concipiet et pariet, et qui ab infantia simul habitaverunt nec vidit illam incaute vacantem neque cum viris habitare velle.

V8:

Item VII genera somniorum. Prima genus de nimia saturitate, II de vacuetate ventris, II ex inlusione diabuli ut Salomon multos errare facere somnia, III ex inlusione diabuli et cogitatione simul ut idem Salomon multas curas sequuntur somnia ex revelatione divina ut vidit Ioseph manipulos fratrum adhorare manipulum suum, ex cogitatione et revelatione ut vidit Nabogodonossor item de apparitione aparitio in ignotis rebus fit aliquando loquitur Deus per semetipsum aliquando per angelum, per semetipsum sine voce et litteris in corde hominum loquitur ut Philippo dixit iungete ad currum istum, aliquando per verba loquitur ut clarificavi et iterum clarificabo, aliquando per res et signa sine verbis ut ostensa est Ezechieli forma electi. I et quod fit auro argento que et Christum significat in quo est aurum id est divinitatis et ar(f. 24r)gentum id humanitatis. Aliquando per utrumque, simul ut ambulavit Deus in paradysum ad auram post meridiem et ducit Adam ubi es significabat iam gratiam Dei et caritatis fervorem et divinitatem ab Adam recessisse. Aliquando per corpora sumpta ex aere ut vidit Habraham III viros. Aliquando per naturas celestes ut hic est filius meus dilectus. Aliquando per naturas terrestres ut asina locuta est. aliquando per utrumque simul sicut in rubo. Aliquando per angelos in corde hominis loquentes ut Zacharias et dixit mihi angelus qui loquebatur in me. Aliquando ex personis rerum corporalium que non videntur oculis corporis et hoc aliquando sine somno id in excessu mensu ut Petro visum est vas de celo. Aliquando in somno ut vidit Iacob scalam. Aliquando in somnio et videt et audit ut iste Ioseph: Ioseph fili David ex nomine proprio vocat eum quasi familiariter quia hominis iusti nomen Deus scit ut lazari. Filium vocat David quia de stirpe eius erat quasi diceret fili boni hominis vel fili regis boni.

V9:

Et cur dicitur coniux cum non sit? Ideo coniux dicitur qui sponsa est sicut dixit Dominus Moysen si quis invenerit virginem disponstatam in campo et vim faciens dormit cum ea moriatur qui humiliavit uxorem proximi sui. Item cur ex Maria natus est et non ex alia? Ideo natus est ex Maria et non ex alia quia a Maria prima in mundo obtulit suam virginitatem Deo, in qua aetate concepit Maria XII annorum quando ab angelo Domini Gabrieli salutata, mortua autem annorum XLVII. Cur non pater non Spiritus sanctus venit? Ideo ne duo filii essent: filius divinitatis et filius carnis, et ut Augustinus ait: qui erat filiu divinitatis idem esse filius carnis, ne duo filii crederentur. Et cur non angelus qui non potuit redimere hominem nisi qui creavit eum, quod enim in eam natum est de Spiritu sancto est? Ut crederent non ab alio sed de Spiritu sancto esse conceptum. Cur non filius Spiritus sancti dicitur Christus cum dicit angelus quod natum est de Spiritu sancto est? Ideo non filius Spiritus sancti est Christus cum de Spiritu sancto natus ne crederentur II patres, ideo (f. 25r) de Spiritu sancto natus ut trinitas cooperaretur in redemptionis hominis id est pater misit filium suum in similitudinem carnis peccati ut Paulus dicit: Spiritus sanctus ministravit et filius in carne passus est, qui

trinitas fecit hominem ut dicitur faciamus hominem. Item dicit Augustinus: Domini filii cum non labeo nascuntur tu sunt filii gehenne vel filii baptismi ut est nisi quis renatus fuerit cum non gehenna neque aqua genuit illos, item nascuntur capilli de capite sed non dicuntur filii capitis. Ita Christus natus de Spiritu sancto sed non dicit filius Spiritus sancti. Cur dicit natum? cum non adhuc natus. Et cur non conceptum? quia non per cohitum conceptus est vel natus coram angelo cui futurum quasi praeteritum fuit praescitus.

VIO:

In quinque causis dubitant homines de partum has abstulit angelus illi quando dixit: pariet et reliqua; utrum pariet aut vivat post partum mulier aut infans hic dixit pariet; II utrum puerum an filiam hic dixit filium; III quo nomine (*f. 25v*) vocetur hic dixit Iesum; IIII utrum bonus annon hic dixit Iesum id est Salvatorem; V utrum sibimetipsi bonus an aliis hic dixit salvum faciet populum suum. Hic arguntur Iudei qui putant quod ille dux qui promissus est eis in scripturis regnum inter illos humanum teneret et liberaret eos de captivitate, hic autem dixit a peccatis eorum et suum dixit non omnes id est hos tantum qui credunt eum.

VII:

Ecce virgo in utero habebit, queritur quomodo LXX, quomodo Matthaeus cantavit istum testimonium et quia suscitavit prophetam ad istam prophetiam et cuius meriti erat ista prophetia et quis interpretatur Emanuhel, utrum mater an Iheronimus et qualem sensum habent Hebrei, in hoc testimonio quomodo dicit: ecce virgo in utero concipiet. Sic solvit Iheronimus sic est in hebreo ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabit nomen eius; Iheronimus dicit quis vocavit utique ipsa virgo quae concipiet LXX vero sic dicum (*ut vid.*) ecce virgo, in utero accipiet et pariet filium et vocabit nomen eius Emanuhel. Pater vero ecce virgo in utero habebit et pariet filium et vocabit nomen eius (*f. 26r*) Emanuhel quod interpretatur Deus nobiscum. Hieronimus dicit audis quod Hebrei non dicunt, in utero quod LXX et Matthaeus Domini et Hebrei concipiet et LXX accipiet et Matthaeus habebit vocabit sic dicunt Hebrei vocabis LXX vocant dicit Matthaeus. Quid nobis melior sequere de his tribus utique quod Hebrei dicunt, tamen concipiet et accipiet unum sensum habent et de futuro habebit vero quasi dixisset habuit, quae iterum non accepturus erit et de praeterito voluit Matthaeus quae iam facto vel huic simile quod Paulus dedit dona hominibus quod propheta accipiet dona hominibus vocantur dicunt Hebrei quasi absente Maria quae adhuc non fuit nata quomodo propheta dixit vocabis Domini LXX verbum angeli praesentis ad Mariam, sequuntur vocabunt, dixit Matthaeus quasi dixisset vocaverunt qui iam pater et mater in illo tempore vocaverunt eum Iesum. Item Hieronimus dicit in multis locis evangelistae et apostoli interpretationem veterum scripturarum sensumque quae si erunt non verba Hebrei vero ita tradunt quod aliquando evangelistae et apostoli non ex libris expreherunt testimonia sed ex memoria traditionis aliorum. Ideo in multis locis differentia multa est in verbis tamen non in sensu,

quod Spiritus sanctus locutus est per ipsos. Item Matthaeus an Hieronimus interpretavit Emanuhel, si Matheus quod opus ei (*f. 26v*) fuit suam propriam linguam interpretare, si vero Iheronimus et non Matthaeus quomodo potest? Quia Hieronimus nec addidit nec minuit de hebrea veritate. Ideo verius quod Matheus interpretatur nomen quod est Emanuhel quia hebrea antiqua et mystica et obscura quae indiguit interpretari in aliam hebreicam clariorem. Item quid suscitavit propheta et cui dicit istam prophetiam et ex cuius meriti fuit ista prophetia, hoc est nolente rege impio Achat petere signum a Deo de profundo an de celo quod Dominus et voluit promento David cui dixit propter David servum meum non extinguam lucernam in Israel, huic convertiti prophete ad domum David ad tribum regiam dicens ecce virgo reliqua. Item de fructu ventris tui id est signum dignus rex de genere David, accipe signum tamen non fraudabo signum a domu David, ecce virgo in utero concipiet et reliqua, signum de caelo ut iustitia de caelo prospexit. Hic est signo de profundo ut veritas de terra orta est. item qualem sensum habent Hebrehi in isto testimonio: ecce virgo in utero (*f. 27r*) et reliqua. Hoc est virgo in hebrea III nomina habet, id est Habna et Betula et Nara, sed in hoc loco dicunt Hebrehi Betulamid est iuvenula, sed non in hoc loco debet sed Halmam quod significat iuvenulam ab sonsam (*sic*) sanctam id est alescens aetate et absconsam diligentia parentum et sancta virginitate animo et corpore. Betula vero id est adulescentia (*corr.* adulescentula) ad aetatem pertinet. Nara autem puella infans quando sua membra non defendit hucusque Hieronimus.

V12:

Helvidius dicit apparet quod cognita post partum, cum dicit donec peperit filium. Hieronimus vero dicit: audi sede dextris meis donec ponam, aut tam diu regnaturus est quamdiu inimici incipiant esse sub pedibus suis sed donec primum qui accipitur. Item Helvidius non potest dici primogenitus nisi ei qui habet fratres ut peperit primogenitum, Hieronimus dicit.

V13:

Et dicimur omnes primogenitos et unigenitos occisos esse in Aegypto ab angelo (*f. 27v*), tunc omnes primogeniti vocati sunt, ergo Christus est primogenitus ante quem nullus, unigenitus post quem nullus.

V14:

Iosephus dicit de Erode et Hircanus: mortuo Alexandro qui fuit rex et sacerdos in Iherusalem, uxor eius regnavit Alexandra nomine usque crescerent duo filii eius, Hircanus et Aristobolus; et postea tradidit pontificatum Hircano et regnum Aristobolo quem superavit Octavianus Caesar, captaque Hierusalem ingressus est sancta sanctorum vinctum Aristobolum Romam transmisit et pontificatum fratri eius Hircano tradidit tunc primum gens Iudaeorum Romanis facta est tributaria. Postquam Herodis filius Antipatris interfecto Hircano regnum Iudaeorum senatus consulto accepit primus alienigena in Iudea regnavit (*f. 28r*) hucusque Iose-

phus. Item Hierusalem Herodis filius Antipatris filii Herodis ille Antipater editus templi Ascalonis fuit. Item africanus dicit Antipatrem, patrem esse Herodis ascalonitida civitatis Filistinorum qui et ipse fuit filius Herodis cuiusdam templi Apollinis editui hic Antipater a bidum eis latronibus captus puer admodum permansit cum praedonibus pro eo quod pater eius rei familiaris inopia filium redimere non valuit ille puer latronum vita et moribus institutus postmodum Hircano cuidam Iudeo pontifici amicus efficitur ex quo nascitur Herodes hic qui Christi tempore fuit, hic primus alienigena oritur regnum Iudaice gentis obtinuit hic completur quod dixit Iacob: non deficiet princeps de Iuda neque dux et reliqua, usque expectationem gentium id est expectatio quippe gentium cum defecit apud Iudaeos ab origine ipsius Iudae regnatur. Hircano pontifice interfecto in quem ultimum principatus Iudaeorum fuit devolutus a patris capto missus est, hic Herodes primus externi gentis per senatus romani consultum et Augusto imperante ad gubernacula Iudeorum gentis, hic Herodis tenuit vestem sacram (*f. 28v*) pontificis clausam sub signaculo suo nec pontificibus usum eius permisit et sic post eum filius eius Archilaus et sic postea Romani secundum morem eorum tenuerunt hic prophetia Danihelis completur usque Christum ducem numerus septimanarum et post hoc crisma Iudeorum dimittitur. Item Herodes omnes libros in quibus conscriptio genus Iudaeorum et externorum habeatur iussit incendi estimans nobilem videri posse si novicius esse ex advena Israheliticae gentis nullis scriptionum fascibus utgueretur. Ita fuerunt alii viri studiosi ex Iudaeis qui Heriles dicuntur, id est dominici propter propinquitatem Christi quia fuerunt Nazarei ex vico. Cochaba Iudaeorum qui per omnem regionem circumheuntes ordinem supradicti generis partim memoriter partim ex dierum libris quos domi habuerunt partim vel pro avibus dicentibus retinebant litteris secundum genelogiam tradiderunt quibus hominibus perscrutatis evidenter veritas Evangelii declaratur. Item Iosepus vel sepius de vindicta Dei super Herodem quia occidit infantes, Iosepus (*f. 29r*) in libro antiquitatum dicit Herodem a morior in dies moribus urgebat lento igne extrinsecus intus vero incendium aviditas in explebiliscibi et potus nec saturari potuit intestina intus ulceribus. Obsepta dolor colli pedes tumidos et a planta pedis tumor et humor putridus tenuis pube et verenda scatere vermibus et leprositatis intoto corpore. Denique transito Iordane aquis calidis quae apud Calleroen sunt utebatur et oleo uncto pro medicina et nihil sanitati conferentes sed immo oculis suis sedibus soluti sunt. Portatus inde cecus in Iherico disperans de salute militibus L dragmis auri dedit ut omnes duces et nobiles Iudeorum gavisuros de sua morte sperans accersitos in unum locum qui dicitur hippodromus occidissent et acersita sorore Salome cum viro suo Alexandro dixit eis: statim ut ego mortuus ero interficit hos omnes ut omnis Iudea et omnis domus inviti defleant obitum meum. Deinde malo accepto cultrum poposcit solebat enim per seipsum purgatum pomum incisum edere, inde non vides qui prohiberet de cultro seipsum interfecit, prius iussit tertium filium occidi postquam (*f. 29v*) alteros duos ante occidit. De Erodes filio Herodem qui hoccidit Iohannem baptā in castello Arabie nomine Macherunto eo quod accusavit de Erodiade uxore

rem fratris sui Philippi quam habuit violenter ille fratre Philippo vivente. Inde bellum ingens oritur inter Atham patrem uxoris eius regem Arabiae et Herodem, ibique perdidit Herodes quoscumque meliores habuit id est propter neptam Iohannis in exilium in Viennam civitatem Gallie expulsus est. De Herode filio Archilai qui occidit Iacobum fratrem Iohannis quem ultio divina sequitur ut Iosepus dicit, cum Herodes Cesaream quae prius pyrgos stratonis vocabatur advenit et cum specula civibus ederet in honorem Caesaris votivodie salutis eius et indutus veste texta auro et argento et reliqua. Procedens die secundo ad theatrum et radios solis in sinum suum suscepisset et splendorem contra metalla vestis fecisset omnis populus eum super humanam naturam credentes Deum esse dixerunt, sed rex hoc audiens contra nefas non repressit neque exopruit usque vidit angelum stantem super caput suum; ille intellegens eum ministrum mortis sue dixit: oilem nile ego (*sic*) (*f. 30r*) Deus virtus, ut dicitis ecce compellor confestim ex vita quam Deus desuper falsas in me voces arguit, (VI ?) doloris ventris cruciatus portatus est in palatium et V die obiit; LIIII anno aetatis eius et VII annos regnavit. Item Eusebius dicit Herodis qui occidit pueros Hircanum qui olim sacerdos Iudeorum fuerat de captivitate (*fuerat exp.*) partica regressum et filium eius qui sacerdotium patri susceperat interfecit sororem quoque eius uxorem cum duobus filiis suis et matrem sororis suae, socrum suam necavit et virum sororis suae Salome interfecit et inter praeces hoccidit, item Herodes loco Archilai ab Augusto constituitur et tetrarche fiunt IIII fratres eius Herodes et Lisias et Philippus, Archilaus vero nono anno regni sui in Viennam urbem Galliae ligatus docitur et ibi obiit. Item Hieronymus dicit Antipater genuit Herodem ex cipria uxore arabica gente, Hircanus autem mittens Herodem legatum ad Cesarem Augustum inveniens gratiam apud imperatorem inde revertens Hyrcanus pontifex dedit sororem suam uxorem et Galileam in beneficium. Anno XLII regni Octaviani natus est Christus. In illo anno prius (*f. 30v*) facta (*corr. factus*) est eclipsis solis conveniens erat ut quando verus sol veniret recessisset sol historialis. Ipso anno apparuit circulus aereus ergo solem ostendit quod tempore eius nascitur cuius potestas et pulcritudo et lux et sapientia circumdedit onem potentiam. Primam pulcritudinem, II lucem, III sapientiam. Ipso tempore fluxit fons oleum ad taberna meritoria tota die usque ad vesperum, ostendit quod nascitur tempore eius a quo fluisset fons olea id est spiritalis unctio per totum Evangelium usque in finem mundi. Propterea census datur ut sciret rex numerum hominum et magnitudinem. A praeside Syriae ostendit locum de quo Christus fuit et profiterentur singuli in suam civitatem ostendit ut nullus extra Ecclesiam censum Deo tunc etiam fames valida facta est id est quando panis iustitiae veniret defecit panis historialis tunc enim iussit imperator ut omnis gens in propriam reverteretur hereditatem et in patriam suam et nullus census (*corr. census*) redderet nisi in propriam patriam ostendit quod tempore eius nasceretur qui omnes (*f. 31r*) homines vult revocare in paradysum de quo exivimus et ostendit quod nullus extra Ecclesiam Deo census reddit et illi servi qui non inveniebant dominos suos aut nolebant reverti moriebantur de quibus Caesar suspendit. VI in cruce ostendit quod qui ad

Dominum Deum nolunt reverti condempnantur in poena perpetua. Tria haec mirabilia facta sunt tempore Caesaris: primum fortitudo illius ut nullus ausus esse consum eius retinere, II un nullus esse sic pauper ut non haberet unde redderet censum, III non alibi nisi in hereditate ostendit quod natus esse in regno eius qui omnis vult in sanctam ecclesiam congregare et ibi sponte censum Deo reddere. Tunc etiam terremotus factus est quia ille veniebat quam omnis creatura contremescit. Tunc describebatur universus orbis qui ille in carne venire dignatus est qui electos suos in aeternitate adscriberet. Ecce magi ab horiente venerunt. Hieronymus dicit Nerphon, Ineb, Phiton in graeco, magus in latino vel umbra mortuorum vel voces demonum de his philosophantur. Item isti magi vocantur in (ebreo ?) Apellius, Arenus, Damascum: humilis, fidelis (*f. 31v*), misericors interpretantur. In greco vero Malgalath, Galgalath, sarasin: nuntius, votus, gratia interpretatur. Habent alia nomina quae sic dicuntur Melchieorum senior qui aurum obtulit regi, II Aspur qui tus obtulit Deo, III Partisarra qui myrram obtulit homini. Dicunt alii quod magi de Chaldis essent eo quod ipsi scientiam stellarum habeant. Dicunt alii de genere (Abraham *exp.*) Balaam et successores eius doctrinae fuerunt et ab oriente fuerunt (*corr.* venerunt) id est ab Oriente Persarum terrae venerunt ut Iuvencus dicit gens est ulterior surgenti conscia soli astrorum solers ortusque obitusque notare huius primores nomen tenere magorum et paulo post tunc iubet Herodes Persas pertendere gressum specialiter de terra Evilaht ubi habundat aurum et lapis onichinus ut est fugum et prophetia et demonsterra et conventio huic misterio columna ignea que antecedeat filios Israel et prophetia orietur stella ex Jacob et consurget vir in Hierusalem in quo omnes gentes sperabunt emonsterra ubi est qui natus est rex Iudeorum, conventio ac peticio Ecclesiae unicuique sancto cum vero (*f. 31r*) et opere et coniugim venerunt id pedibus equorum velut Abacuc ductus est ad Danihelem in lacum leonum. Qua die venerunt die nativitatis Christi non sed XIII die nativitatis eius quia si post annum venissent ut quidam volunt non un Betleem sed in Egyptum invenisse quomodo de tam longinquo inire in tam brevi tempore venerunt poterat id Deus facere cuius verbo saxa volant. Venerunt Iherusalem multis causis isti legis auxilio destituti regiam civitatem appetunt, II mos est inperitis itinere in civitate interrogare, III ut Iudei interrogantes Christum prope genitum a magis longe venientibus culparentur, IIII ut sacerdotes interrogati ubi Christus nasceretur incusabiles essent de advento eius credendo, V ut quia Christus pax dicitur de Ierusalem qui visio pacis interpretatur nascereutr, VI ut inpleretur sermo Esaiiae quia de Sion exivit lex et verbum Domini de Hierusalem. Cur non in civitate regni Iherusalem Christus natus est? Ut inpleretur prophetia: et tu Betlem terra Iuda et reliqua, ubi Israel carnalis mortuus ibi Irsahel spiritalis nasceretur. Vidimus enim stella id est duobus causis in stella Christi nativitatem, agnoverunt prima quia ex prophetia Balaam dicentis (*f. 32v*) orietur stella ex Jacob, II qui astrologi fuerunt ex sideribus, enim ortus et occasus regum et kalendae ianuari intellegunt. Hinc in anno nativitatis Christi angeli celestes admonunt magos ut diligenter stellam agnoscerent et eam sequerentur. Item huic stelle similis stella non erat qui solis

lucem superabat et volatu avium superior et sideribus inferior et ante non fuit ut novum hominem in mundo nascentem ostenderet et ideo non de antiquis celi sideribus erat revelandus Iesus Christus qui autem carnalibus hominibus superior erat sine peccato conceptus, et angelorum ordinibus humilior erat et solis lucem fulgore divinitatis superans sic in stella apparuit. Alii dicunt quod hec stella spiritus suus fuit ut in specie columbae fuit quo non esse verum arbitror, et alii volunt quod Christus per se fuit de quo dicitur fulget in stellis. Item utrum singuli singula munera obtulerunt an tria unusquisque incertum est. item alii dicunt quod unusquisque unum donum pro tribus obtulit ut tribus reputentur unicuique dona sicut unicuique Christiano convenit offerre Deo bonam cogitationem et verbum et opus. Nota quomodo magi agnoverunt Iesum (*f. 33r*) quoque Deus et rex et homo fuit Christus cum donum regis et Dei et hominis portaverunt ei id est ex prophetia Balaam dicentis orietur stella ex Iacob et consurget vir in Israhel indicat hominem in quo sperabant omnes gentes Deum indicat. Item secundum Anagogen:

V15:

Vel per humanum consilium venerunt qui audierunt regem esse in civitate et putabant quod ibi sciretur ubi natus esse puer, et nota quod non eos duxit stella ad Herodem sed potius abscondit se ab illis. Stella fidem nostram significat qui ducit nos ad Christum, quando veramus (*sic*) ad diabulum non solum non ducit sed etiam a nobis fides eius recedit.

V16:

Item angelus in Iudea pastoribus istis stella nuntiavit quia pastores de genere Israhel erant et legem et prophetas habebant et quasi rationales erant. Ideo reationalis creatura id est angelus nuntiavit gentibus qui nullam cognitionem scripturarum habebant, neque illis Christus adnuntiatus erat quasi in rationabiles videbantur qui nullam rationem de nativitate eius sciebant. Et nota quod non loquentem Christum non loquens creatura gentibus nuntiavit, loquentem vero apostoli gentibus nuntiaverunt conveniens erat.

V17:

vel ideo vocavit eos ut videret si de rege nato qui eis fuerat prophetatus letarentur.

V18:

Et cur non invenerunt Ioseph? Dispensatione Dei factum est ne putarent quod Ioseph genuisset eum qui nesciebant scripturas quae dicunt eum de virgine nasci. (*f. 35r*) Domus in qua erat Maria Ecclesiam significat, Mariam scripturam sanctam quia qui quaerunt Christum veniunt ad domum id est ad Ecclesiam. Inveniunt Mariam scripturam veterem. In sinu eius Christum id est qui totum Evangelium in veteri lege invenitur.

V19:

Pro tribus causis fugit in Aegyptum. Prima praeterterrita (*sic*) Herodis mala ne conversus salvus fieret, II noluit noluit se vindicare ut non se ipsum vindicaret homo ut ait apostolus: nolite vindicare karissimi sed date locum irae, III nondum erat tempus passionis eius. Est enim peccatum quod cavere postes homo si non facit. Unde dicit apostolus: fugite fornicationem. Ioseph apostolos figurat. Surgit a somno id est reliquerunt umbram legis. Portat Christum cum mater in Aegyptum id est portaverunt eum apostoli ad gentes et est ibi usque ad hobitum Herodis id est usque dum finiatur lex litterae Iudaeorum vel usque quo moriatur diabolus Iudaeorum. In cordibus eorum id est circa finem mundi. Tunc revertetur Christus in Iudaeam ostendit Iudeos qui venient ad Christum post mortem litterae legis. Item Hieronymus dicit descendit Christus in Aegyptum. Egyptus tenebre interpretatur, significat de ascensionem eius de caelis in tenebras peccatorum nostrorum. Ex Aegypto vocavi filium meum quis propheta dixit hos testimonium et cui dicit secundum historia Ose de minimis propheta dixit primum de Moysen et Aaron et de Iesu filio nun (*sic*) secundum historiam, aliter secundum alegoriam de Christo dixit (*f. 36v*) in quo mense intravit Dominus in Aegyptum. Alii dicunt sicut Dionisius quod in ianuario exivit de betlem quod non convenit sed in februario post purificationem Mariae, et in martio intravit in Aegyptum. Et quanto tempore fuit in Aegypto? Et in qua civitate et quis recepit eum? In civitate Eliopolim in domo Basilii. Alii dicunt annis III, alii VII, qui septem anni sunt inter nativitatem Deum et mortem Herodis. Et alii dicunt quod in civitate Sothenen primitus intravit et intrans templum Frondissi duos quod capitolium vocant et omnia idola eius correverunt in terram ut propheta dixit: ecce ascendet Dominus super nubem levem et intravit Egyptum et confringentur omnia simulacra Egypti. Alii dicunt quod Eliopolim ut Esais dicit: in diebus illis erunt V civitates in terra Egypti loquentes lingua Canaan et civitas solis una Eliopolim enim civitas solis interpretatur.

V20:

quare de quo dictum est secundum historiam et secundum sensum hoc testimonium? Et cur Herodis non in primo anno occidit pueros? Et quanti sunt numero infantes? Et quomodo fuit aetas eorum? Sic solvitur. Vox in Rama seuncudm historiam in vertice montis Galaad quem Laban persecutus est Iacob fugientem et duas filias et idolis Rachel furatis sub foramine cameli positis. Rachel autem filios Benjamin dicitur plorasse quam habebat in utero et simulavit partum, ne pater eius Laban auderet abstrahere hydola et noluit consolari. Quia non sunt id est ab ostetrice ne aparet quod celabet. Quia non sunt id est non prope fuit partus. Aliiter historia qui (*corr.* qua) tribus Benjamin pene deleta est a toto Israhel propter stuprum in uxorem levitae ploratus (*f. 37v*) utique manentium. Non sunt id est in vita et quid adjuvat mortuos flere. Item vox in Rama id est in excelso hoc est in aures Domini qui (*corr.* que) sunt tres clamores qui in aures Domini ascendunt; id clamor sanguinis innocentis ut sanguinis fratris tui clamat. Clamor pauperum

ut qui obdurat aures suas ad clamorem pauperis. Clamor peccati ut clamor sodomorum clamat ad me de terra. Item Iheronimus dicit de Rachel natus est Benjamin in cuius tribu non est Bethlem. Cur Rachel filios Iudae plorat? Ideo quia sepulta est iuxta Bethlem inter eggfrata et interno corpusculi hospicio materno accepit, vel qui Iuda et Benjamin due tribus invicem erant. Item Bethlem domus panis interpretatur. Rachel plorat filios suos et noluit consolari. Rachel ovis Domini interpretatur, Ecclesia est domus panis et ovis Dei et Benjamin in secundam historiam plorat filios et non vult consolari quia illos infantes novit Ecclesia post mortem in aeternum victuros. Vox in Rama non putemus nomen loci qui est iuxta Gaba sed Rama excelsum interpretatur ut sit sensus vox in excelso (*f. 38r*) audita est longe lateque dispersa. Item Iheronimus

V21:

item refret (*sic*) Origenis quod fuit in Aegyptum de filiis Israel vir nomine Eleazar et uxor eius nomen Rachel et hic conpellabatur ire ad servitium aegyptiorum qui languore depressus nequibat irae et compulsa est uxor eius pregnans ire ad servitium et flagellabant eam valde et excussit filium abortivum nomentoris qui mortuus statim fuit que causa maxima fuit. Utidem Origenis dicit ut primogenita omnia egyptiorum occiderentur noluit autem consolari quia non adiuvavit eam ulla obstetrix in illa hora quando emisit filium. Quia non sunt id est non fuit filius ille nutritus neque crevit ut aliquam consolationem facere matri. Ideo non in primo anno hoccidit pueros quia magos expectavit revertentes ad capud anni alterius, post kalendae ianuarias et qui ad ipsum non renuntiaverunt (*f. 38v*) de puero et propter hoc alio anno hoccidit pueros quem magi non renuntiaverunt ad illum. Item quanti sunt numero? Alii dicunt quod CXLIII ut in apocalipsi dicitur quod falsum est ut Primasius dicit CXLIII hoc enim numero mistico innumerablem electorum prae signari finitur numerus pro infinito cognoscitur sicut ambitus civitatis CXLIII cubitorum et nullus estimat hunc numerum infantum esse qui ab Herode occisi sunt. Quis enim ignarus et imperitus putat istum numerum infantum esse, de una tribu Iuda Herodis necasse quando omnium trium nomina hic secuntur et tamen Bethlem Iudae tantum occisi sunt infantes, ideo verius II fuerunt infantes quia sicut intravit legio in dua milia porcorum innocentes secundum Marcum, ita Herodes in duo milia puerorum innocentium. Quid congregavit tantos pueros simul in unum locum in una die cum non legitur ut Herodis praedixisset illos congregari id est venerunt homines de omnibus regionibus quae circa Bethlem sunt adhorarent in Bethlem. AD KALENDAE (*f. 39r*) IANUARIi ut mos est in stellam terra inde secum portantes suos infantes illos hoccidit Herodes. Hinc dicunt alii qui pro illa causa expectavit Herodis uno anno ut kalendae ianuarii venissent ubi toti infantes congregati essent. Qua aetate fuerunt infantes id est abimatu et infra secundum tempus abimatum grece et interpretatur a duobus annis quia propositio est bi vel bis, matu vero annus est id est a duobus annis. Et infra id est usque ad fantem unius noctis, Herodes enim

putabat ne occultaret se Christus in omni aetate regalis melius nutrituri ne filius melius cresceret vel si neglectus esse aut occultatus fuisset. Ideo occidit filios unius noctis secundum tempus id est post tempus anni vel circa tempus nativitat-
is Christi. Defuncto autem Herodes id est mortua lege litterae vel excusso dia-
bolo de corde Iudaeorum circa finem mundi quia dum Iudaei super fatiosam
legem abservant litterae regnat diabolus in illis et est Christus inter gentes post-
quam vero abiecerunt hec omnia ab eis (*corr.* se) tu no (*sic*) revertetur filius Dei vel
fides ad eos. Ecce angelus et reliqua qui Christum credit (*f.* 39v) filium esse Dei
et eum portat in corpore suo, recte illi angelus apparet. Surge accipe puerum sur-
git a terra qui terrena relinquit, prius puerum et postea matrem iubet accipere,
prius Deum et postea proximum diligere. Et vade in terram Israel id est nemo
venit in terram Israel id est celestem patriam nisi portet Christum et diligit
Deum et proximum.

V22:

Sic in fine mundi defuncta erit lex litterae. Audiens quod Archelaus regnaret
timuit illuc ire. Quare cur voluit in Iudaeam? Cur non ivit in Galilaeam ubi abi-
tavit prius vel in Nazareth qua proprie habitat? Quia putabat quod angelus eum
propter templum et orationes quod erat in Iudaea reogaret eum prope commeo-
rare vel magis propter mysterium quia qui ascendit de Egypto hoc est de tene-
bris peccatorum non potest prius ire in Iudaeam id est confessionem neque in
Bethlem hoc est visionem pacis nisi prius et erat (*corr.* erit) in Galileam ut emigret
(*se exp.*) et transvolat (*corr.* transvolet) de malo ad bonum de vitiis ad virtutes et
inde transeat (*f.* 40r) in Nazaret ut faciat prius florem et munditiam bonorum
operum et sic postea conscendat (*in exp.*) Iudaeam prius enim sit flos postea fruc-
tus, inde per ordinem conscendat Bethlem novissima (*corr.* novissimo) Iherusalem
id est visionem pacis et ideo admonitus est Ioseph in somnis ab angelo ne iret
prius in Iudeam. Archelaus vero leo investigans interpretatur, significat antichris-
tum qui regnat pro Herode patre suo, sic regnaturus est antichristus in fine mun-
di pro isto diabolo qui nunc Iudaeos freget (*corr.* fregit).

V23:

Praedicans in deserto Iudae, recte desertum dicitur qui deserti erant Iudaei a fide
Christi et nunc deserti sunt a rege et a lege et sacerdotio. Adpropinquavit enim
regnum caelorum, regnum caelorum et de Christo dicitur et regnum Dei (*f.* 40v)
inter vos est aut de Evangelium ut ecce auferetur a vobis regnum caelorum de
Ecclesia ut mittet angelos suos et colligent omnia scandala de regno eius et de
baptismo et martyrio potest regnum caelorum dici.

V24:

Hieronymus dicit adpropinquabit regnum caelorum qui recessit a nobis per pec-
catum Adae; regnum II^o celorum remissio peccatorum est parate viam Domini.
Viam Domini parare id est operationem rectam habere semitas facere id est cogi-

tationem simplicem habere, quia semita angustior est qui via et sicut amicus more amico coniungit sponsum et sponsam

V25:

sicut enim tunica textitur ex pilis camelorum ad circumdandum hominem, ita ex multitudine populi circumdatur Christus et ex multis perficitur corpus unum

V26:

vel illos Iudaeos significant qui crediderunt ex eis et ipsi fuerunt cibus Christi ut ipse ait: cibus meus est ut faciam voluntatem patris et reliqua. Item dicit Hieronymus quod philosophos significant quia sicut locustae discerpunt foenum ita philosophi rusticitatem hominum, et sicut sallunt locustae sic philosophi sallunt per modos locutionis. Item (Gregorius?): (locuste *add. marg. dx*) gentes significat Salomonae testante qui ait: locuste regem non habent sed per turmas egrediuntur, sic et gentes non habentes prius regem sed postea venerunt (*f. 41v*) ad Christum per turmas populorum credentium.

V27:

Aliter mel silvestre id est dulcedo confessionis; silvestre id est rusticitas, convenit ut etiam ad rusticos dulcia verba loquantur et ipse credentes dulces fiant; possunt etiam per mel silvestre gentes intellegi quia a sicut illud dispersum est per folia et tamen dulce sic et gentes dispersae a quattuor partibus mundi per dulcedinem confessionis venerunt ad Christum.

V28:

Duo enim hereses iste erant inter Iudaeos pessimae. Nam Pharisei omnem traditio(*f. 42r*)nem et observationem quas Iudaei, et II eres vocant iustitiam prophe-runt (*sic*) unde et divisi vocantur a populo quasi per iustitiam. Saducaei vendicant sibi quod non sunt corporis resurrectionem necant et animam interire cum corpore praedicant, hi quinque tantum libros legis recipiunt prophetarum vaticinia respuuntur.

V29:

Et ne velitis dicere patrem habemus Abraham; hic intellexit Iohannes occultas eorum cogitationes quia gloriabantur Iudaei in Habraham hanc gloriationem restringit Iohannes. Dico enim vobis et reliqua, ad litteram tantum quasi diceret ille qui ex nihilo fecit omnia et patrem vestrum Abraham de urbe Caldeorum eduxit (*f. 42v*) facilius potest si voluisset de lapidibus suscitare filios in fide Habrahae quam vos non habetis aliter, alii dicunt dixisse Iohannes de lapidibus quos Iosuae posuit in flumine Iordanis. Item lapides quos abstulit de flumine et posuit in solidam terram significat omnes gentes qui per praedicationem XII apostolorum crediderunt et in soliditatem Ecclesiae commemorantur. Lapidēs vero quos in flumen posuit qui currit in mare mortuum ostendit XII tribus filiorum Israel quia

credere Christum noluerunt, remansisse in perdicionem huius saeculi qui decurrunt in mare mortuum, hoc est in infernum. Item melius de lapidibus id est de duritia gentilitatis

V30:

ad Iudaeos exterminandos vel verbum Dei ad radices ponitur id est ad eradicandas concupiscentias cordis ut vivus est sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio (*f. 43r*) ancipiti et reliqua, securis et ferro et ligno fit ligno tenetur et ferro incidit, ita Christus ex divinitate et humanitate, humanitate tenebatur quia patebatur a Iudaeis, divinitate vero incidebat eos. Radices dixit id est cogitationes peccatorum vel radices id est progenies filiorum ut ipsi dixerunt sanguis eius super nos et super filios nostros.

V31:

III^{or} genera arborum sunt. I aridum quod nec fructum nec folia portat sicut pagani non credentes Deum. II viride quod non portat fructum sicut ypocrite habentes similitudinem credulitatis sed fructum non habent bonorum operum. III qui viride est et fructum fert sed fructus eius venenosus sicut heretici quorum doctrina interficit homines sed isti mittuntur in ignem aeternum. IIII vero genus est optimum viride et fructum dulce sicut sunt omnes sancti. Ego quidem baptizo vos iterum sensit hic cogitationes eorum qui^a putabant Iudaei qui ipse esset Christus et confessus est se non esse Christum

V32:

Id est mysterium incarnationis quam verbum caro factum est et habitavit in nobis quam divinitatis suscepit humanitatem et quam de virgine natus esse homo sicut enim corrigia de mortuis animalibus fit et ligat carnem vivam sic humanitas Christi circumdat divinitatem. Aliter in lege praeceptum erat si quis frater sine filiis morietur (*corr. moreretur*) accipiat frater eius aut propinquus superstes uxorem fratris et suscitet (*...sp. rel / eras.*) semen fratris sui et reliqua, hoc confitetur Iohannes non se esse dignum uxorem Christi hoc est sanctam Ecclesiam accipere ne corrigiam calciamenti Christi solvere id est verbum praedicationis et Evangelii proferre

V33:

Quando percutitur semper ima petit et separatur a paleis et purum fit sic sancti in hoc mundo flagellantur et humiliantur et separantur a peccatoribus et postea congregantur

V34:

Paleae vero semper elewantur ad altiora et ventus rapit et conburit ignis sic peccatores elewantur in mundanis delictis et obprimunt sanctos et postea rapit eos ventus hoc est diabolus in ignem hoc est in infernum, paleae nutriunt sibi ignem sic et peccatores quia non deficit ignis nisi deficient peccata eorum.

V35:

In Iordanem ostendit nos primum transmigrare a peccatis et tunc descendere in humilitatem ante baptismum et sic pervenire ad gratiam Dei

V36:

Cur in Iordane et non in alio flumine sit baptizatur? Quia dicitur quod ille fluvius in medio mundi sit positus et ab ipso omnia flumina currunt. Vadit enim in mare mortuum et ex illo condiuntur omnia flumina id est ut per ipsum in quo Christus baptizatus est omnia flumina consecrata fuissent vel quod ille ex duobus fontibus oritur ex Iordan. Per Ior significat legem qui interpretatur discensio quia in lege non ascendebatur sed descendebatur de quo dicitur nullum ad perfectum adduxit lex; Dan ascensio significat novum Testamentum in quo ascenditur pr gratiam sicut ista II^o fluviam (*corr.* flumina) unum efficiunt, ita duo testamenta coniuncta sunt baptizato Christo in eo. (*f.* 44v) Ut baptizaretur ab eo. Genera baptismi decem sunt. I quando Spiritus sanctus ferebatur super aquas. II in diluvio. III in mari rubro. IIII ex aqua mixtam (*corr.* mixto) sanguine vaccae rubrae. V transitum (*corr.* transitus) Iosue et filiorum Israel per Iordanem sicois (*ut vid.*) pedibus. VI baptismum Iohannis. VII baptismum Christi. VIII quando venit Spiritus sanctus super apostolos in Pentecosten. IIIII lacrimae penitentiae. X matirium vel ignis purgatorius in die iudicii.

V37:

Et ut confirmaret baptismum Iohannis et ut baptizaretur a Iohanne in aqua et ipse Iohannes baptizaretur in Spiritu sancto et in martyrio et ut repetat unusquisque nostrum baptismum ut Christus petiit ab Iohanne et ut Spiritus sanctus daretur in baptismo Iohanni et ut monstraret aquas qua prius sub malediccione fuerunt quae in confinio terrae sunt que maledicta sunt ob peccatum Adae et ut trinitas demonstraretur in filio. Cur Iohannes baptizavit ante Christum cum peccatum per eum non fuit mundatum? Ideo ne Christum novam rem faceret et causa (*f.* 45r) mortis eius id est Iohannes fuisset et figurabat baptismum Christi ut non differet baptismum eius a baptismo Christo.

V38:

quod in illa nobis clausum fuit non putemus corporaliter apertum esse caelum

V39:

non quia antea non haberet Spiritum sanctum filius sed ut ostendat nobis in baptismo (Spiritus sanctum dari *add.marg. inf.*).

V40:

quia illi aliqua quamvis minime peccata haberent ut concremaret illa in Christo vero non igne qui peccatum non fecit et reliqua

V41:

cur non apparuit ignis in baptismo secula cum Iohannes dixit qui post me venit ipse vos baptizabit in spiritu et igni, spiritus et aqua in baptismo visi sunt, ignis non, quia spiritus ignis est consumens peccata et inluminat corda sanctorum et urit vitia et calificat mentem vel in baptismo completum est apostolorum quod venit spiritus sanctus in igne super illos qui alibi non legitur in Evangelium baptismus (*f. 46r*) eorum. Item Origenis dicit, Iohannes dicit ipse vos baptizabit hoc est baptizati sunt apostoli spiritu sancto post ascensionem Domini. In qua aetate Christus baptizatur? In XXX annorum qui in XXX annorum omnes resurgent sicut secundum Lucam. Caesarius vero dicit: videte fratres sicut Dominus noster in XXX annorum aetate passus est et resurrexit de sepulcro ita nos iusti et peccatores in XXX annorum resurgemus ad iudicium in quacumque aetate fuerimus et omnes recipiant corpora iusti et iniusti et iniusti descendunt cum carne in infernum, iusti vero in carne suscipiant regnum. Item in libris historiae dicitur XV^{mo} anno Tyberii Caesaris et quartio Pontii Pilati et Iudaeae tetrarchae haberentur Archelaus et Herodes et Lisias et Philippus. Christus XXX annorum ab Iohanne baptizatus est et initium praedicationis suae instituit. Iosephus per ordinem III usque ad Caiphan pontificem perfunctos dixit ubi in Evangelium iste numerus Christi in carne dicitur id est Lucas dicit de Herode. Dicite vulpilli (*sic*) quia oportet me hodie et oras praedicare et in tertio consummabor in Iherusalem hic annon (*corr. annum*) per (*corr. pro*) die dixit, item in qua die baptizatus est, hoc est VI feria quia in illo die Adam factus est et peccavit et mortuus (*f. 46v*) et in illo die Christus natus ut alii si ita cur baptismum factum est? ut deduceret Iudaeos ad fidem qui credebant remissionem peccatorum per rem visibilem ut antea viderunt per sacrificia. Si enim non vidissent lavari corpora animas non credidissent mundatas, quae sunt peccata qui per baptismum dimittuntur id est peccatum Adae. Alia vero peccata per paenitentiam. Cur non redemit Dominus per baptismum mortem corporis sicut animae? Issidorus dicit poena mortis non purgatur in baptismo sed peccatum Adae ideo ut homo noverit futurae beatitudinis spem regenerationis consequit non ut poena mortis temporalis absolvi. Cur per aquam et non per alium elementum factum est baptismum? Quia quicquid in mundo sunt aut per igenm aut per aqua purgantur: ira per ignem, mollicia per aquam et ideo baptismum per aquam fuit quia caro mollis et aqua mollis tenuis est nec potest caro ignem sustinere.

Tunc Iesus ductus est in deserto, statim post baptismum ostendit nobis statim post baptismum duci in desertum quod est de viciis ad bona opera et tunc (*f. 47r*) magis (ad bona opera *exp.*) erigere nos contra diabulum ut per ieiunium et orationem vincamus illum. Cur in deserto cum ubique potuit? Ut in deserto vinceretur diabulus in loco contrario voluntati, qui in loco voluntatis Adam peccavit vel quia genus humanum expulsum est de paradyso et perductum est in desertum ibique eum Dominus requisivit. Ab spiritu sancto ductus est non ab alio nec mirum si spiritus sanctus duxit eum ubi a capite iniquo temptaretur cum a membris eius permisit eum crucifigi. Ut temptaretur a diabulo hoc est ut vinceret diabulum et

cum ieiunasset et reliqua ideo dixit ne heretici putarent quod nocte manducaret. Cur Christus ieiunavit XL diebus? Quia per gulam peccavit Adam. Cur Christus XL diebus ieiunavit et non plus vel minus? Ideo quia Moyses XL initio legis littere ieiunavit et Helias XL diebus initio legis prophetarum ieiunavit, sic Christus initio legis eum g(...)nerem novam faceret et ut causa mortis eius esset et si plus ieiunasset non hominem putasset diabolus sed purum filium Dei. Et non temptaret eum nec victus esse ab eo item si minus ieiunasset qui Moyses vel Helias diabolus non temptasset eum (*f. 47v*) qui purum hominem credidisset sicut non temptavit Moysen et Eliam. Numerus significatur in diluvio sicut enim in lege nature iniquitas carnalis deletur per diluvium XL dierum. Ita spiritalis iniquitas per ieiunium deletur. Item figuratur in lege littere sicut Deus per Moysen decimas siminis substantiae dare iussit. Ita nos per idtud (*sic*) ieiunium decimas, decimas dierum anni ieiunare debemus. In quo tempore ieiunavit Christus? Id [est] a die epiphaniae incipit. Sed apostoli nostrum ieiunium ad passionem iunxerunt ut ieiuno gutturae et carne humiliata ad passionem et ad corpus eius percipiendum. Alii dicunt quod mundus iste in hoc tempore creatus est id est XV kalendae aprilis vel XII et in ipso finiretur ut nos ille die iudicii in penitentia et in carne macerata inveniret. Notaque XL dies Dominus ieiunavit et vinceret eum qui fecit filios errare in deserto XL diebus pro XL (annos ?); et ut adfligamus carnem quater decies transgredientem X verba legis quorum veritas dicitur per IIII Evangelium vel ideo per quatuor X ieiunium quia IIII^{or} substantiis facti sumus: igne aerae aqua terra et V sensus corporales et V anime habemus et XL diebus fuit (*f. 48r*) cum discipulis post resurrectionem.

V42:

vel fidem gentium et salutem animarum esuriit et ut diabulo tribuatur occasio temptandi

V43:

temptator dicitur quia prius semetipsum deinde primum hominem temptavit et seduxit

V44:

dic dixit non dixit fac quia dictum Dei facere est ut dixit et facta sunt mandavit et creata sunt. Item Hieronimus dicit: duobus contrariis teneris o diabule si ad imperium eius possunt lapides panes fieri, ergo frustra temptas eum cui tanta potentia est, si autem non potest facere frustra Dei filium suspicaris. Dic ut lapides isti et reliqua durus dura loquitur ut de lapidibus panes faceret. Et cur de lapidibus et non de ali re aliqua? Quia sciebat quod de lapide Deus aquam fudit populo et ut alii dicunt putabat quod manna in deser(*f. 48v*)to Deus de lapidibus fecisset grandinis e qui de celo veniret, ac si diceret si pater tuus in herimo populum per XL annos pavit cibo lapidibus facto tu fac modo tantum in hora hac

V45:

sed dedit nobis exemplum non oboedire suggestionibus diabuli

V46:

hoc dixit Moyses filiis Israel ut non murmurassent de victu inherimo quasi dixisset sicut vestimenta et calciamenta vestra per XL annorum neque sordida neque veterescunt que portastis de Aegypto sic in verbo Dei potest vos pascere inde venit anima Christus vero per talem similitudinem dicit non in pane et reliqua

V47:

verbo Dei vivi fuerunt sine pane quanto magis ego diabolus interpretatur (*f. 49r*) deorsum fluens III modis eo quia cecidit de celo per superbiam et de paradiso propter invidiam contra Adam et in ignem aeternum post iudicium. Tunc adsumpsit eum et reliqua id est in Ierusalem sancta dicitur propter legem et templum vel antiquo vocabulo super pinnaculum id est sedes magistri que de foris iuxta latus templi erat unde populum praedicabant in sabbatis, adsum sit dixit non ex inbicillitate Domini evenit sed de inimici superbia qui voluntatem salvatoris necessitatem putat. Si filius Dei esset et reliqua, hoc ait diabolus un intellegat si filius Dei sit, sed Dominus sic responsionem temperat ut eum ambiguum relinquat. Vox diabuli quia semper omnes deorsum cadere desiderat; mittete inquit (suadere ?) potest praecipitare non potest, ac si diceret si filius Dei es de celo venisti facilius est tibi de parva altitudine templi labi. Angelus hic prima heresis in novo Testamento quae non de Christo fuit dictum sed de viro sancto prophetia est quia non indiget Christus obsequio angelorum et si Christus ad lapidem offenderet pedem dicat diabolus quis est, ille laps non bene interpretatur scripturas ut Iheronimus ait: (*f. 49v*) non possunt pedes Christi offendere nisi forte intellegantur pedes eius apostoli vels ancti per quos portatus est ad gentes. Sed lapis Christus est mittit pater angelus in obsequio sanctorum ne offendant Christum. Alii enim dicunt qui ad litteram de Zechiae rege dictum sit uam Senacherib fuit in ubseiditione Iherusalem. Non temptabis Dominum Deum tuum id est dum ego sum Dominus Deus tuus, cur me temptas? Iheronimus dicit falsa scripturarum sagittas verus scripturarum clipeus confringit. Et Dominus tetimonia necessaria Deuteronomio protulit ut secundae legis sacramenta monstraret notandum quod temptatio Domini in quacumque probatur potestas eius ut ascensio in lignum et iter in mare in hominem quando esuriit. Matheus interpretationes et odrinem temptationum et misterium quomodo Adam peccavit adsecutus est. lucas vero historiae veritatem et quomodo ordinem peccati Adae Christus secutus est, cum in uno loco Adam peccavit Christus vero in tribus locis testatus est dicitur qui ostensio fuit tantum in III locis et Christus non fuit mutatus de uno loco cum temptaretur a diabulo in deserto et in civitate et in monte ut diabu(*f. 50 r*)lus vinceretur. Iterum adsumpsit eum et reliqua, diabolus semper in altum ducere vult id est ad montes ut sicut ipse corruit corruant ceteri. Dominus autem ad homilia descendi et ad campestria ut diabolum laetantem superaret. Haec

omnia tibi dabo, adrogans et sueprbus omnia promittit cum penitus nihil habet huic similes sunt hypocrite qui promittunt se esse quod non sunt. Vere cadit quia diabulum adorat. Vade retro Satanas id est praecedant quos praecessisti usque nunc vel vade retro id est regnum tuum nunc vel in iudicio futuro vel vade retro id est vide in praeterito et cogita quid egisti quia temet ipsum precipitasti et hominem decepisti ex invidia. Dominum Deum tuum adhorabis quia ego Dominus Deus tuus sum quem te magis decet adhorare. Tunc reliquit eum et angeli ministrabant ei, precedit temptatio ut sequatur victoria, angeli ministrant ut victoris dignitas conprobetur.

V48:

Ostendit nobis exemplum ut non statim viciscamur de inimicis nisi per exempla scripturarum. Et cur nam seipso exempla sumpsit? Ideo ut non arripiamus verba nostra contra hereticos sed testimonia scripturarum divinarum. Suassio tribus modis fit: suggestionem, delectationem, consensum, peccatores III abent sancti II quia si delectantur non consentiunt, Christus nec consensit nec delectatus est. Item verus quem diabolus temptat, verus Deus cui angeli ministrant. Item ut supra si filius Dei es, semper dubitabat filium Dei esse quia putavit filium Ioseph dum mater eius sponsa Ioseph fuit, et filium Dei estimabat dum audivit Iohannes dicere ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata et reliqua, et vocem patris hic est filius meus. In his trobus sic diabolus tamptavit ut exploraret et sic latebat Christus ut vinceret.

V49:

Umbra hoc est figuratio mortis, hunc exemplum dixit Esaïas de populo secundum historia qui erat in captivitate apud Syrios. Lux orta est illis id est quando reges Persarum dimiserunt illos reverti quicumque vellet in terram suam. Queritur hic quoniam mater post traditum Iohannem ipse Iesus in Galilea dicit, et Lucas et Marcus similis dicunt, Iohannes dicit: non dum esse Iohannes traditum quia isti tres praetermiserunt primum adventum eius in Galileam. Ubi pimitus praedicavit Christus et quod praedicavit et quis primus credidit ei? Id in Caphernaum (*sic*) praedicavit. Cur ibi et alio loco? Ideo ut Hieronymus dicit: ubi Israel erat ab Asirus prima captivitate ibi Christi redemptoris nostri predicatio nascitur. Quid praedicavit?

V50:

Cur praedicatio Iohannes et Christi et petiri similis fuit id [est] paenitentiam agite? Tres hic ostenduntur. (*f. 52r*) I qui anuntiavit vox Iohannis et perfectio in clamore id est in Christo. II dignitas discipuli. III humilitas magistri. Hic sagitta occisionis diaboli a tribus tenditur: Iohanne, Christo, Petro. Item ideo sic initiauerunt III predicare ne in literatis et in doctis nemo credidisset polcentibus regnum caelorum nisi Iesus dedisse exemplum. Unius predicationis quis primus credidit ad predicationem Domini et non profecit novit, secundum Matheum, Petrus et Andreas, secundum Iohannes, Iohannes et Andreas ordinem auctoritas

Ecclesiae. Matheus dixit id est Petrum ordinem vero istoriae Iohannes fecit sicut enim Moysen et Aaron misit Dominus in fundamentum sinagoge in veteri, ita Dominus eligit II fratres Andream et Petrum in fundamentum Ecclesiae novi Testamenti.

V51:

Cur elegit homines inlitteratos et indoctos et ignobiles ad predicandum? Ideo ne fides credentium putaretur in eloquentia dictrine sed in virtute Dei. Ideo non fuit Natanahel apostolis in quo dolum non invenit Dominis, neque Nichodimus, neque Paulus electus in apostolum nisi in secundo anno post passionem Domini, hinc dicit apostolus non infirma mundi elegit Deus ut confundat fortia quam apostoli cognoverunt Christum? Primitus sicut dicit Hieronimus: hebrei dicunt quia III vicibus radius divinitatis in ficiae Iesu visus est quando primo crederent apostoli, II quam in monte Moyses et Elias apparuerunt, III quam flagellavit sacerdotem in templo ideo non resisterunt ei.

V52:

De Galilea id est de transmigratione peccatorum

V53:

Cur fugiebat temptationibus (*corr.* temptatione)? Quia nundum venerat hora passionis eius et ut nobis exemplum sit fugere, ut si vos persecuti fuerint in ista civitate fugite in aliam

V54:

Vel significat sessionem eius post resurrectionem (eius *exp.*) in caelis et discipuli id est omnes sancti veniunt a Deum. Discipuli V nomina abuerunt: I familia Christi, II discipuli, III apostoli, IIII benedicti, V martyres.

V55:

Usque in hac praedicatione IIII hic ostenditur id est pradicatio praedicatori auditores locus item Matheus in monte, Lucas in campestribus praedicationem ostendit ex quo (*f. 55r*) intellegitur quod in monte primitus ad discipulos et postea in campo ad populum

V56:

Hoc misterium primum in novo testamento quia pauperes in lege maledicti erant, nota quid suscitavit Christum ad hanc laudem paupertatis id est cogitatio apostolorum. Hieronimus dicit: humiles spiritu salvabit et quia

V57:

Item pauper Spiritu id est spiritu superbiae, et humiles et timentes Deum non abentes inflantem spiritum, quia initium sapientiae timor Domini initium vero

omnis peccati superbiae est, vulgus et magnum spiritum superbiam habentem dicunt, et pauperes spiritu qui dilectiones et cogitationes carnales rennuunt et sola (*corr.* solum) spiritalia concupiscunt. Et qui divitas habent nec diligunt eas ut Abraham et Iob et Isaac non habentes nec habere desiderantes hic pauperes sunt, quoniam ipsorum est regnum caelorum id est non solum habitabunt (*f.* 55v) sed primum ipsorum erit quia maius hereditatem habere quam in aliena habitare.

V58:

Item Oriens (*corr.* Origenis) mitis est qui non natura sed voluntate mitis est qui nec sibi nec alio nocet. Ipsi possidebunt terra et non et qui germinant spinas et tribulos germinat sed terram corporis sui quia mitis possidet corpus suum in castitate (*sic*) et illam de qua psalmista loquitur: credo videre bona Domini in terra viventium et spes mea et porcio mea et reliqua. Item erunt (*corr.* Hieronimus) mites sunt qui in latas sibi iniurias sustinent nec reddunt malum pro malo sed vincunt in bono malum. Beati interpretantur immortales, verbum enim beatitudinis natura est vitae immortalis beati de futuro legitur ut dicitur hic beatitudo praestatur non hic habitabitur (*corr.* habebitur) ut est beatitudo in caelum non dicitur in rebus mortalibus (sed in rebus caelestibus *add. marg. inf.*).

V59:

Iheronimus dicit non luctus mortuorum (*f.* 56r) non luctus amissionis rerum praesentiarum neque in communis legis naturae sed de peccatis et viciis mortuorum et delictis proximorum sicut Samuel Saul fecit et Paulus fornicantes non agentes paenitentiam. Nota quia III cause suscitant lacrimas: afflictio corporis, amissio rerum, tedium amoris. Iste naturae lacrimae sunt.

V60:

Origenis dicit non sufficit nobis iustitia Evangelii, III^{bus} modis fit: elemosina, ieiunio et oratione, id est in regno Dei. Item Hieronimus qui faciunt bona et amplius concupiscunt dabit illis Deus saturitatem quamvis patiamur famem non enim satis sumus iusti nisi semper esuriamus opera iustitiae, iustitia (*f.* 56v) et oportunitatem faciendi semper iustitiam Dei. Et saturabuntur id est bono caelesti ut non amplius possint velle quam habent aut illo cibo saturabuntur, de quo ipse Dominus ait: cibus meus est ut faciam voluntatem patris mei. Quisquis hanc iustitiam biberit fiet ei fons aquae salientis in vitam aeternam.

V61:

Aliter non solum in elemosina sed in omni peccato fratris ut aliter alterius honera portate, item qui facit misericordiam miserebitur illi Deus, item qui conpatiantur passiones proximorum et in se peccantibus cito indulgent. Item beatos dicit esse misericordes quia reputabitur eis ut de miseria leberentur, quoniam ipsi misericordiam consequentur id est ipsum Deum videbunt.

V62:

Item Hieronimus: (*f. 57r*) mundi sunt quos non arguit conscientia peccati, illi a Deo conspiciuntur templum enim Dei non potest esse pollutum ut dicitur vos estis templum Dei vivi, quoniam ipsi Deum videbunt quia nemo potest Deum videre nisi habeat cor mundum ut Paulus dicit gloria nostra haec est testimonium (*nostrum exp.*) conscientiae nostrae

V63:

Hieronimus dixit peccatus est qui pacem facit cum omnibus, pacificus vero inter discordes filii Dei vocabuntur id est quia Deus pax est pacificos filios vult. Ipse enim dixit: in patientia vestra possidebitis animas vestras. Item aliter filii si multitudinem patris habere debant, pacifici autem in semetipsis sunt (*f. 57v*) qui omnem animae suae motum componunt et subiciuntur rationi, id est mentem et spiritum carnales qui concupiscentias aedomitas (*corr. aedomatas*) habent et fiant (*corr. fiunt*) ipsi regnum Dei. Neque imperare inferiori potesti nisi ipse superiori se subiciat et haec est pax que datur in terra hominibus bonae voluntatis.

V64:

Hieronimus dicit ideo addidit propter iustitiam quia multi propter peccatum paciuntur et non sunt beati, sed paciamur propter iustitiam quae est Christus vel pro mandatis et fide eius. In prima et novissima beatitudine regnum caelorum nominatur, maximus enim labor est divicias et vicia spernere et sustinere gladios. Quoniam ipsorum est regnum caelorum id est more heredis dixit habentes (*corr. habentis*) potestatem dare. Ordo naturalis hic est: prima (*f. 58r*) paupertas quia eximius propheta ait evangelizare pauperibus misit me; II^a beati mites quia de paupertate venit mansuetudo vel ideo secundo loco ponitur quia nemo potest esse mitis in minimis quam duabus; III^a lugentes quia de mansuetudine luctus nascitur vel ideo tertio loco quia qui luget peccata trium temporum luget praesens preteritum et futuro (*corr. futurum*) et de cogitatu et dicto luget et opere; IIII loco ideo esurientes ponuntur quia in IIII^{or} Evangeliiis invenitur ista fames et ista esurie; V loco misericordes ponuntur quia misericordia V modis fit: I qui facit misericordiam contra animam suam custodiens se a malo, II qui dat elimosinam propter peccata sua, III qui quamvis non agat peccata tamen dat elimonisam propter praemia celesta sibi augenda, IIII qui dat semper et tamen non separat se a peccatis suis et sepe contingit ut habeat prosperitatem seculi huius (*f. 58v*) et minuentur illi aliqua peccata in futuro, V qui dat illa quae magis diligit et propter hoc dat illi Deus bonum finem et faciat penitentiam et separat se a peccatis; mundo corde sexto loco ponuntur quia per laborem sex dierum efficitur sancti et mundo corde; VII loco pacifici scribantur (*corr. scribuntur*) quia post laborem VII dierum pacifici enim in futuro saeculo qui (*corr. quod*) post (*haec exp.*) sex aetates huius seculi veniet; qui persecutionem paciuntur VIII^{vo} loco ponuntur quia VIII^{vo} die resurrexit Dominus sic nos per passiones multas credimus cum illo resurgere ut ubi fuerit corpus et reliqua.

V65:

et humilis corde (*f. 59r*) et cum malediceret non maledicebat, et cum percuteretur non percutiebat

V66:

Item Hieronimus in prima et VIII^{va} nominatur regnum caelorum. Istum est aut (*corr.* et) consilium ut qui ab omnis pro te adiuvari vult adiuvet infirmiore in quo est ipse potentior. Possumus de hinc numerare VII capitula sicut in apostolo legitur. (*f. 59v*) Quis nos separabit a caritate Christi tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius. VII sunt ergo istae quae perficiunt, nam octava clarificat et quod perfectum est demonstrat. Nota cur VIII beatitudines secundum Matheum et secundum Lucam III? Id est quia VIII beatitudines secundum Matheum in III apud Lucam continent hoc modo. Beati pauperes in ea habetur beati mundo corde, pauper voluntate mundus est corde. Beati qui esuriunt in ea habetur beati misericordes, esuriens iustitiam misericors est. Beati qui lugent (in ea habet *exp.*) in ea habetur beati pacifici, quia lugens peccata pacificus est. Beati qui persecutionem paciuntur in ea habetur beati mites, qui enim voluntate patitur mitis est. Et nota qui VIII beatitudines apud Matheum significant VIIIam resurrectionem et circumcisionem Domini octavo die. III vero secundum Lucam, III vir(*f. 60r*)tutes anime significant. Item per has VIII beatitudines Ecclesiae VII dona spiritus sancti donantur sed tamen in ordine discrepantur. Nam hic ab inferioribus ad excelsiora descendit aptum fuit quia restabit descensio Christi ad sanandum mundum ut ab excelsis a inferiora fuisset narratio. Quoniam voluit Deus sanctus ascendere in caelestia, aptum fuit ut ab inferis ad excelsiora fuisset narratio. Deinde beati pauperes congrua est ad spiritum timoris Domini, per timorem enim Domini efficitur homo pauper. Beati mites ad spiritum pietatis quia per pietatem Dei homo efficitur mitis. Beati qui lugent ad spiritum scientiae qui per scientiam Dei homo luget peccata sua. Beati qui esuriunt ad spiritum fortitudinis quia per fortitudinem Dei homo efficitur iustus. Beati misericordes ad spiritum consilii quia per consilium Dei nos dimittimus hominibus peccata ut Dominus (*f. 60v*) dimitte nobis. Beati mundo corde ad spiritum intellectus quia per intellectum bonum homo mundus corde efficitur. Beati pacifici ad spiritum sa (*ut vid.*) sapientiae quia per sapientiam Dei homo efficitur pacificus. Beati qui persecutionem in beatitudine pauperum coniungitur quia omnis pauper persecutionem patitur. Ideo ad illas duas tantum dicitur quoniam ipsorum est regnum caelorum. Item his VIII beatitudinibus maledictio Adae redemitur et VIII vicia principia curantur. In paupertate avaricia, in mansuetudine ira, in lucto seculi tristitia, in esuriae gula, in misericordia superbia, in munditia cordis fornicatio, in pace vana gloria, in persecutione accidia. Item conveniunt diebus creationis seculi. Prima die condidit Deus lucem et veram lucem habuerunt parentes nostri primi sed illam per superbiam perdidit quam Christus nobis per paupertatem reddidit. Secundo (*f. 61r*) fecit firmamentum, congruit huic secundae quia qui mitis est firmamentum facit inter superbiam et

humilitatem. Tertio separavit aquas ab aquis et congregavit mare usque germinet terra herbam virentem, convenit tertiae beatitudini sic nos per lacrimas amaritudinis penitentiae germinamus herbam bonorum operum. Quarto die fecit duo magna luminaria et stellas convenit quartae beatitudinis quia illi qui (misericordes sunt *exp.*) esuriunt iustitiam habent duo magna lumen (*corr.* luminaria) dilectionem scilicet Dei et proximi et stellas id est caeteras virtutes quae de dilectione nascuntur. Quinto fecit volatilia et (bestias *exp.*) pisces, illa capiunt et capiuntur (sic misericordes capiunt misericordiam et capiuntur *add. marg. dx*) a misericordia quae est Deus. Sexto die fecit hominem ad imaginem et similitudinem suam, congruit sextae beatitudinis quia qui mundo corde est ipse imago Dei efficitur ut Paulus dicit: sicut portavimus imaginem terreni ita portemus imaginem caelestis. Septimo requievit, convenit septem (*corr.* septime) et VIII^{ve} beatitudinis, sic nos qui pacifici sumus persecutionem sustinemus et postmodum cum illo sine labore permanebimus. Item inveniuntur iste VIII^{to} beatitudines in veteri testamento (prima *add. marg. sx*) ut Esaias evangelizare pauperibus misit me; II^a David mansueti autem hereditabuntur terram; (tertia ut idem ait *add. marg. sx*) usque quo tu luges Saul; III^{ta} et famelici saturati sunt; V misericordiam volo et non sacrificium; VI lavamini mundi estote; VII cum his qui oderunt pacem eram pacificus; VIII principes persecuti sunt me gratis. Item in contextu III^{or} Evangeliorum. Beati pauperes ut si vis perfectus esse vade vende omnia quae habes et da pauperibus. Beati mites, ego autem dico vobis non resistere malo. Beati qui lugent, mundus gaudebit vos autem plorabitis et flebitis. Beati qui esuriunt, querite ergo primum regnum Dei et haec omnia adicientur vobis. Beati misericordes (*f. 62r*)des, non dico tibi septies sed usque septuagies septies. Beati mundo corde, date elemosinam et ecce munda sunt vobis. Beati pacifici, diligite inimicos vestros. Beati qui persecutionem, ante reges et praesides stabitis in testimonium illis. Possunt esse VII ad numerum donorum Spiritus sancti coniunctae, II^e ultimae in unum quia quis pacificus est ille perfecte persecutionem sustinet. Sex secundum numerum dieum creationis mundi. Coniuncta prima et duabus ultimis quia qui pauper est spiritu ille sine dubio pacificus est et persecutiones in latas sibi sustinet. Et V^a nunc secundum numerum librorum legis Moysi coniunctae secunde prime (*corr.* secunda prima), II^{bus} ultime (*corr.* ultimis) quia pauper et pitis pacificus et qui persecutionem sustinet in uno possunt accipi, et III^{or} secundum narrationem Evangeliorum sicut scripsit Lucas. Cur Matheus in initio praedicationem et libri (*f. 62v*) beatitudines posuit, Lucas in medio? Quia Matheus Iudaeis recipientibus fidem praedicavit ut non teneret eos sed promitteret illis de regno lacte a lens Ecclesiam. Lucas vero duris gentibus praedicans dura primitus dixit ut dura duris sanantur et postea beatitudinibus consolavit. Matheus VIII beatitudines dixit sed prius III^{or} virtutes narrat. I^a cum traditus esset Iohannes secessit [Iesus] in Galileam et reliqua. II^a ex inde cepit Iesus praedicare et dicere penitentiam agite. III^a piscatores invocatos. Et (*corr.* quarta) circuibat Iesus totam Galieam. Ad contra Lucas narrat VIII virtutes prius (et postea III^{or} beatitudines *add. marg. sx*). I^a virtus hominem liberatum a demone. II^a socrum Petri sanata. III^a

quattuor piscatores vocatos. III^a leprosum mundatum a lepra. V^a paraliticum sanatum. VI^{ma} Matheus vocatum. VII^{ma} mancum (*sic*) sanatum. VIII^{va} electio apostolorum ex omnibus discipulis et nominatio eorum. Item V^{que} contraria sunt (*f. 63r*) in istis VIII beatitudines. Contrarium est pauperem regnum habere; mites esse et possidere terram et lugentibus gaudium habere; esurienti et sicienti saturitas; persecutiones sustinere et habere regnum.

V67:

Item Hieronimus. Sal IIII causas habet in se: sincerat carnem, curat putridinem, occidit vermes, praestat condimentum. Ita doctores spiritales sincerant carnem per abstinentiam, curant pristina peccata per poenitentia, [occidunt vermes id est mala cogitationes, con discordantibus pacem *add. marg. dx*]. Item alii (*corr. alio modo*) vos estis sal terrae id est mores salis facite, mos est anima salis eicere sanguinem et putredinem et vermem et interitum, ubi enim non est sanguis ibi non erat putredo, ubi non est putredo non erit vermes, ubi non est vermis nec interitus, deinde vos facite morem salis. Salem (*corr. salmi*) in verbum Dei est, ubi fit verbum non erit voluntas peccandi, ubi non est voluntas ibi non est peccatum, ubi non est peccatum ibi non erit diabolus, et ubi non est diabolus ibi non est interitus animae et corporis. (*f. 63v*) Tria enim generalis (*corr. genera salis*) sunt. Salmaris quem edimus, sal infructuosum ut est ubi civitas destruitur, aratur et sal aspergitur, sal fructuosum qui dicitur sal terrae quod legitur in monte si Adam haberi solet, nam illos montes lapides de terra evulsi natura sales (*corr. salis*) se probantur. Qui propie hic dicitur

V68:

Quamvis mons pro diabolo ob superbiam et elationem eius solet accipi ut propheta vulnerabitur mons tria monte Dei. Civitas in monte firma et inexpugnabilis et si quis accesserit ad illam defenditur si Ecclesia (*f. 64r*) super Christum fundata, si quis Ecclesiam venerit defenditur armis verbo Dei ab hoste diabulo. Alii dicunt III^{or} similitudines esse civitatis. I ut unum Deum adorant. II simul temptationes sustinent. III simul pugnant contra inimicos. IIII simul defendunt amicos ita Ecclesia. Lucerna sub modio id sunt doctores vel doctrina eorum sub cupiditate huius mundi vel sub timore et tremore, sed supra candelabrum utque in aure audirent praedicarent super terra. Lucerna III causis constat: lino, oleo, igne. Fidem trinitatis figurat in apostolis. Per linum de terra crescens filium incarnatum, per oleum patrem sublimem super omnia, per ignem Spiritum sanctum inluminans corda. Has III^{or} similitudines in apostolis apostolos dicit ut condant doctrina ut sal et inluminent exemplo ut lux et defendant ut civitas et accendant ad timorem Dei ut lucerna. Item (*ut exp.*) Hieronimus dicit

V69:

queritur quomodo hic dicit. Videant vestra bona opera et alio loco dicit. Noli tuba canere et non videat sinistra tua quid faciat dextera tua hoc est quia illi qi

perfecti sunt et non flectit illos laus humana nec superbia ut faciant bon opera in exemplo aliis, illi vero qui nondum perfecti sunt faciant in occultis ne subrepat illos superbia

V70:

quia in veteri amputabatur harbor hoc est opus malum hic succiditur radix hoc est mala cogitatio ubi enim non est (*f. 65r*) radix non crescit arbor, ubi non est cogitatio non venit peccatum, ideo enim hoc illis dixit quia vidit cogitationes eorum qui putabant qui contra legem multa diceret, item alii adimplevit hoc est sensum spiritalem legis aparuit.

V71:

Amen qui pedico (*sic*) vobis apud Iohannes duplicatur Augustinus dicit: si dici fas est hoc iuratio Domini est. Amen hebreum est et non est interpretatum ut honorem velamento in secreto haberet nevilesceret nudatum bis autem a Deo dictum ut ex ipsa commendatione quantum hoc commendatum sit cognoscatur amen id est verum sive fideliter. Vobis dico quia veritas veritatem dicit omnis enim homo mendax, Deus autem verax est, id [est] omnis homo mendax de suo, Deus autem verax de suo. Paulus vero dicit: veritatem dico vobis non mentior. Item non peccavit Iob labiis suis id est si verax est homo hoc non de suo sed ab eo accipit qui genuit veritatem, sicut enim diabolus pater mendatii, ita Deus pater veritatis, et ideo Iohannes duplicavit amen quia sicut ille in virginitate simulavit Christum, ita in usus sermonis eius quem Christus duplicabat quippe autem pro amen posuit Matheus ut firmiter fiat (*f. 65v*) donec transeat caelum et terra. Hieronimus dicit promittitur nobis celi novi et terra nova, quae facturus est Dominus si ergo creanda sunt nova vetera transitura sunt.

V72:

Iota unum: ex figura huius litterae ostenditur qui etiam quem imma putantur in lege sacramentis spiritalibus plena sunt et omnia recapitulantur. Item Augustinus dicit: "vehemens expressio", hic ostenditur dum per minimas litteras loquitur. Aliter iota denarius numerus, super eam ponitur apud Grecos quae decima est in ordine litterarum alfabeti, apud Grecos epissi non nota numeri interiecta quae significat VI, igitur iotha significat X mandata legis. Cur non dixit iotha hebreum litteram cum in hebreo dixit Matheus? Ideo quia iotha (*sic*) non significat in hebreis X quomodo iota significat in Greco et decima est in ordine alfabeti et X significat in numero. Apex id [est] summa pars litterae est quia sicut esset o apud Grecos quando longe sic figurantur e et o quando vere breves sic H et W (= Ω) sic iota quando longa ita scribitur quando vero brevis ita I quando unum apicem habet ita I vetus testamentum significat quando (tt?) as api(*f. 66r*)ces ita y significat vetus et novum, hinc dicitur iota unum vel unus apex non praeteribit id [est] unum mandatum ex lege ut est non occides et non mecaberis. Donec omnia fiant id [est] apex ex novo ut non irascaris vel non concupisces. Iota significat terra de

subtus (*sic*). Apex significat celum, iota unum vel unus apex non praeteribit id est non transibit terra usque transeat celum. Item Ambrosius:

V73:

Qui autem dixerit Racha reus erit concilio quia (vīt ?) dixerit fatue reus erit gehenne ignis. Queritur quod interest inter iram et Racha et fatue et quid inter est inter iudicium et concilium et gehennam. Antiquis id est docebant eos quod non venit solvere legem, antiquis id est Moysis et Aaron vel plebi ab eis non occides. Hic iota et iustitia scribarum et impletio legis et rudum et imperfectum et medium mandatum iudicium legis reliquit mortis. Dico autem vobis per os meum que per ora prophetarum dixi hucusque crescit novum et ex veteri et autor ex autore id [est] Christus ex patre et ministri novi ex veteri id [est] apostoli ex prophetis. Omnis id [est] apex ex iustitia apostolorum et adimpletio et (dūr ?) et profectum irascitur ira in mente sola sine voce, fratri id est frater nemo dicitur nisi qui eundem patrem habet nobiscum habet. Nota quod in aliis libris dicitur sine causa et in alii (*f. 67r*) non habetur. Hieronimus dicit: iubemur verberant alteram maxillam praebere et inimicos amare et horare prop persequentibus. Ideo omnis ira et occasio tollitur, redenda est ergo de libris sine causa quia ira viri iustitiam Dei non operatur. Iudicio id [est] seniorum iudicio cum humilitate genua flectuntur, sed nescitur utrum condempnatus erit ibi. Racha id est ira cum voce vel secundum Hieronimus Racha hebreha vox. Grece vero cenon id [est] inanis vel vacuus quem nos possumus dicere iniuriam sine cerebro. Secundum vero Augustinum et Gregorium Racha hebreum vox inter leccionis animum irascentis ostendit. Nec plenum verbum iracundie exprimit ut est murmuratio. Racha ira cum voce vel qui dicit fatur id [est] sine fide de fideli facit impium. Reus erit Gehenne quod Grece dicitur ANKOYNON. Gehenne id est future vel penitentiae. Gehenne nomen compositum, gehenna vallis: enna de filiis en non dicitur. Item in iudicio dubitatur utrum iudicetur, in concilio non dubitatur quod iudicaturus est sed nescitur qualem penam meretur. In gehenna vero nec de iudicio nec de pena dubitatur (*perpetua add. marg. inf.*) (*f. 67v*) Hieronimus dicit:

V74:

Quia solebant Iudei filios et filias suas igne concremari viventes et immolari daemonis. Alii dicunt vallis gratuita quia videbatur illis gratum esse et bonum quando gratis immolabant ibi demonibus. Est autem illa vallis ab orientali parte Hierusalem in principio vallis Iosaphat qui est inter Hierusalem et montem Sion. Et erat ibi silva pulcra ubi immolabant filiis Israel quam silva succidit rex Iosias et idola destruxit, ibique Caldei multos Iudeorum interfecerunt, quando duxerit eos multos in captivitatem (Iudeorum *exp.*) Babillonis et ibi corpora interfectorum computruerunt et ob inmanem fetorem putridinis vallis illis nominatur infernus gehenna. Item ira ut a *gst* (*ut vid.*) dicit radix homicidii est sicut scriptum est: vita et mors in manus lingue. Et quod est manus lingue nisi potestas ut legitur: aut tu ex verbis tuis iustificaberis aut ex verbis tuis condempnaberis?

V75:

Dum es in via. Ad litteram contra adversarium aliqui causam, si habueris melius est tibi ut ei consentias antequam ad iudicam exeatis, ne tibi iudex poenam inponat. Hieronimus dicit: adversario...

V76:

(f. 68v) Item id est dicit adversario id est diabulo ut non facias quod suggerit tibi ne tibi augeat poenam pro tuo peccato verbi gratia. Si infans gladium petit a te unde se pungat non ei porrigis quia consentis ei. Et non vis facere qui dicit tibi: tradat te iudicii id [est] Christo quia accusabit te pro tuo peccato. Item alii dicunt: esto consenties id est hoc dicitur qui iram suscitavit, consentiens id est beni (voluf ?) vel benignus, adversario vel proposito regis vel supradicto offenso et Christo. Contrarii enim sunt voluptatibus nostris, quia illi bona sua dent nos mala fatiamus vel etiam sensui conscie tue qui iniquitatem omnium hominum arguit. Adversarius tradat te iudici id est non iste adversarius qui contrarius nobis est in via sed est diabolus qui tradet te ad iudicandum custodibus inferni.

V77:

ut donec properit (*corr.* peperit) filium suum et sede ad dextris meis donec ponam et reliqua. Hieronimus dicit

V78:

qui habet duo minuta sicut dicitur de muliere vidua in alio Evangelio quadrantem in alio duo minuta in corbana misisse id est quasi dixisset non exi a sindone minuta peccata solves. Item quadrans quarta pars nummi id est denarii contentiens id [est] benivulus adversario id [est] Christo qui te iratur ducit ad pacem in via huius saeculi, vel adversario ut alii dicunt id [est] diabulo. Benigni sumus si malum quod nobis suadet non consentiemus ei ut non ille plus puniatur propter nos et nos cum illo. Novissimus quadrans id est cogitatio et verbum et opus et perseverantia in malo, vel caro et spiritus et anima et desperatio in fine vitae, vel qua et de quattuor elementis factus est id est quicquid committimus inter IIII^{or} elementa mundi in infernum persolvemus. Item esto consentiens ut anima dicat carne esto onsentiens adversario tuo spiritu quia spiritus adversarius est carni.

V79:

Vel oculus id est teorica vita sed quomodo illam eruimus a nobis id [est] ne tantum in illa maneamus in curam proximorum non habeamus unde legitur ne dederis (*sic*) a dextris neque ad sinistris

V80:

Item Hieronimus: per manum filium parentem aut amicum per pedem servum aut ancillam fide his qui tibi cari sunt videntur in aliqua heresi commoveri aut maximo peccato lucra eos si potes, sin autem quasi membra de corpore tuo absci-

de et poice abs te malius ut ipsi soli poena paciantur quam ceteros in praevaricationem mittant. (*f. 70r*) Non iurare, I lege dictum non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua id est non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua id est non falsum testimonium dices et non iurabis nisi per Deum ne similis gentibus si que per omnia elementa iurabant et ea adorabant. Iudeis vero Dominus permisit iurare et ostias offerre Deo, per per creaturas iurarent, amatur enim per quod iuratur si voluit Dominus honorem Deo non idolis hoc Iudeis permisit Dominus propter separationem a gentibus et duceret ad amorem Dei, non quod recte esset hoc sed quod melius ut Deo honor sit quam creaturis. Nota cur Dominus in novo prohibuit iuramentum? III modis pro dignitate verbi iusti ut Hieronimus dicit: omnis sermo iusti pro iuramento accipitur, II ne putarent quod bonum est iuramentum, III ut non iurarent falsum. Ut Augustinus dicit: duabus causis prohibuit Dominus iuramentum, ne quis dicat quasi iuramentum et asiduitate iurandi in periurium dilabatur. Item ipse dicit: sicut enim falsum non potest loqui qui non loquitur, ita periurare non potest qui non iurat. Cur Paulus iurat si Deus prohibuit? Iuravit dicens testis enim mihi est Deus cui servio in spiritu meo, id est pro II causis: pro utilitate et pro infidelitate auditorum (*f. 70v*) neque per celum quia tronus Dei est, id sunt angeli sive apostoli vel universalem Ecclesiam super quos Dominus sedet. Per scabellum pedum eius terra est sed apostoli in isto mundo interpretantur quia cum Dominus super tronum sedet, id est super angelos pedes super terram dicitur tenere id est requiescere super spiritalia corda et conculcare peccatores. Hierusalem Ecclesiam vel patria celestis, neque per caput tuum quod est Christus. Non potest capillum album aut nigrum facere id est offedere Deum et placere mundo, vel capilli Christi id sunt sancti, albi aut nigri sancti et peccatores.

V81:

Cur non conplevit Christus hoc quando percussit eum miles principis, cur non praebuilt alteram sed dixit si male locutus sum testimonium perhibe de (*f. 71r*) malo si bene quid me cedis. Et nota quod non dixit sinistram sed alteram, id est quia non tantum de corporali maxilla dixit, sed de interiore homine, id est ut quando percussus fueris corpore remitte ei corde. Item Hieronimus dicit

V82:

Et nota cur tunicam dixit tollere et post remittere pallium, cum prius tollatur pallium? Id est ut Hieronimus ait: per tunicam fidem intrinsecus, per pallium corpus extrinsecus. Qui vult fidem tollere qui habes in Deo, remittere ei et corpus.

V83:

Et si noluerit ille tu paratus sis se necesse esset. Item Augustinus dicit: humilitatem et patientiam ostendit ut cum interrogatus fueris ab alico (*sic*) ostende mihi patrem, tu illi et spiritum sanctum ostende.

V84:

Quomodo non solvit legem, cum dicit: diligite inimicos vestros et alio loco dicit: non veni solvere legem id est quando dicit: odies inimicum non est vox imprantis sed praenuntiantis et scientis duritiam cordis Iudeorum. Hieronimus dicit: diliges proximum tuum et odies inimicum tuum

V85:

Cur in alio loco dicit: mandatum novum do vobis ut diligatis invicem, cum novum non est antiquis, dictum est: diliges proximum tuum? Ideo novum quia homo novus id [est] Christus dicit et honore facit novatos per baptismum vel in novo testamento, diligis proximum tuum, novum qui propter Deum diligit proximum non sic in lege sed ibi dilexit eum eo quod proximus fuit.

V86:

Apparet quod si noluisset non plueret super iniustus fecit hoc in terra Aegypti tenebras per omnem terram et lumen tantum inter filios Israel sic temporibus Helie pluit in toto mundo et in terra Israel non pluit annos III et menses VI. Hieronimus dicit: pluit super iustos et in[ius]tos

V87:

Estote ergo perfecti, ideo perfectus quia bene facit inimicis sicut et amicis et orabat pro illis. Hieronymus dicit

V88:

Dicunt quidam qui sinixtra id est minister malus quod non convenit ut ait qui sicut iubemur ut mala opera non ostendamus bonis ne exemplum accipiant malum, ita recipimur ut ostendamus malis bona opera ad exemplum et glorificent patrem et reliqua. Hieronymus dicit: sinistra

V89:

Cur enim petatur cum scit ante? Hieronymus dicit aliud est ignorantia narrare, aliud est scientem petere in illo iudicium, hic osequium, ibi fideliter referamus, hic miserabiliter obsecramus. Item vult Dominus praedicari quod donare vult, sicut ad Moysen dimite me ut irascatur, furor meus contra populum istum. Quid opus fuit Domino dicere servo suo dimittere me sed ausum praedicandi dedit et voluit praecari quod voluit donare. Item voluit Dominus multiplicare semen Habrahe, sed tamen post Rebecca (*sic*) sterilis coepit. (*f. 73r*) Cur subiungit septem capitula sequentia dum dixit multum non loqui id vult Deus deprecari a nobis non verbis que res non potuerunt dici a nobis nisi verbis Dei sicut Paulus non voluit archana Dei narrare hominibus. DE ORATIONE DOMINICA. PATER NOSTER QUI ES IN CELIS. Docui nos Dominus ut Deum patrem nostrum esse voce propria confitentes de conditione servili, in adoptionem filiorum profiteamur ad scitos dicentes Pater noster non dictum est ulli homini in lege vete-

ri queritur hic amor ab hominibus in eo quod dicitur Pater noster est qui^a debemus patrem amare et ostenditur nobis audacitas deprecandi dignitas morum ut fiant filii similes patris sui. Fraternitas inter nos omnes eo quod patrem unum habemus communis deprecatio in eo qui unum patrem deprecamur. Hereditas querenda ubi pater noster est, tediis huius saeculi et amor celestis hereditatis et ut non spernant dives et potens et nobilis pauperem et inpotentem et ignobilem. Hieronymus dicit sic enim

V90:

Qui es in celis. Non eo qui non esset ubique et in omnibus creaturis sed eo qui ostendit praesens seculum spernere et amare caelum, vel ideo dixit in caelis quia ibi angeli sunt et anime sanctae in quibus Deus magis habitat ut dicitur vis estis templum Dei (vivi?). Augustinus dicit: addidit communem orationem vite praesentis quia in hac tegimus terra peregrina et a nostro patre nos longe separantem toto honore vitantes ad illam potius regionem in qua patrem nostrum morari fateamur summo desiderio properemus

V91:

Id est ostende nobis sanctitatem nominis tui vel sanctifica nos per nomen tuum ut innotescat illa in nobis et non in aliis. Addidit autem hic ut nihil operis mali fatiamus qui indignos nostra professione ac nobilitate tante adoptionis efficiens et hereditate paterna velut degeneres privat iram in nos faciat iustitiae (*f. 74r*) provehi (*sic*) in gradum filiorum ut boni filii flagramus pietate non solum pro nostris utilitatibus sed pro nostri patri gloria tantum impendamus affectum dicentes: sanctificetur nomen tuum. Nomen desiderii et nomen gaudii gloria nostri patris ut dicitur quia semetipso loquitur gloriam propriam quaerit qui autem gloriam eius quaerit qui misit illum, hic verax est et iniustitia in eo non est. Hic Paulus optat se esse anathema a Christo si Israel salvus esset in gloriam sui patris. Item Moyses dicit si non dimitis populo huic dele me et reliqua, id est ne dicant Egiphtii calide eduxit eos Deus eorum ut consumaret eos in deserto et blasphemet nomen tuum. Item sanctificatio nominis Dei nostra perfectio est id est tales fac nos pater ut sanctificationem tuam intellegamus et capere mereamur et in nostra conversatione sanctis appareas ut dicitur sic luceat lux vestra et reliqua. Item Hieronymus: sanctificetur

V92:

Dies iudicii qui optanti sancti quam non audent optare peccatores et ut hodie regnet Christus in sanctis suis et desistat imperium (*f. 74v*) diabuli per extinctionem omnium vitiorum de cordibus nostris ut mereamur audire: venite benedicti. Hieronymus dicit

V93:

Iohannes Cassianus dicit non potest maior oratio quam ut terreni celestibus coequantur, quid enim est dicere fiat voluntas tua nisi ut sint homines similes ange-

lis in celo ita sint homines in terra id est sicut angeli in celo tua agnitione salvi et non possunt peccare ita homines in terra tua agnitione salventur. Ut Paulus dicit: qui vult omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Item fiat voluntas tua Hieronymus dicit

V94:

Panem nostrum cottidianum id est super substantialem que super omnes substantias sit et super omnes creaturas sublimitas et sanctitas magnifica(f. 75r)tione eius. Cum dicit cotidianum ostendit sicut vita carnalis sine cibo non potest esse, ita sine pane corporis Christi vitam spiritalem capere non valeamus. Cum dicit hodie ostendit quod omni die sumendum esse quae praeterita bona nisi sint in praesenti non proficit ut dicitur in quacumque die iustus a iustitia sua converterit omnes in iustitiae oblivioni traduntur. Hieronymus

V95:

Digne vel panem id est fidem ut dicitur Domine auge nobis fidem sive doctrinam divinam ut non fiat fames verbi Dei in nobis. Dicit Iohannes Casianum et Hieronymus ubi dicitur cotidianum in greco habetur "osion" id est super substantialem.

V96:

O (*sic*): ineffabilis clementia Dei que post tanta vita et peccata nostra in nostrum arbitrium dimisit quantus volumus ut dimittentur nobis nostra peccata si dimittimus debitoribus nostris peccata eorum. Cave^amus autem quomodo petimus quis in se delinquenti fratri non ex corde dimiserit non indulgentiam sed condemnationem deprecatione hac sibi impetrabit. Hic alii ut dicit Iohannes Casianus se ipsos cognoscentes in conscientia non dimittentes non cantant istam orationem (f. 75v) sed tamen eis non proficit reducere Deum et aliae orationes praecedentes vel sequantes non adjuvant sine ipsa que formam remissionis in nostro arbitrio Deus dimisit dicens qui non facit misericordiam iudicium erit illi sine misericordia.

V97:

Quomodo est hoc cum dicitur omnis qui non est temptatus non est probatus. Item per multas tribulationes et reliqua id est non precamur non temptari sed precamur ut non permittas nos in temptatione superari. Iob temptatus est sed interpretatione non fuit superatus quia non dedit insipientiam Deo sic et Ioseph non superatus fuit qui^a consensum non prebuit temptatori. Item alii ne nos inducat

V98:

Item Sedulius dicit: non qui nos Dominus lucis via semita pacis in laqueos temptantis agat sed cum mala nostra deserit ire finit. Sed libera nos a malo id est non permittas nos a diabulo temptari super id quod possi(f. 76r)mus sed fac cum temptatione etiam exitum ut possimus sustinere. Item Hieronymus dicit

V99:

Nota quid suscitavit istam orationem dominicam, id dilectio ante ut cum oratis vel secundum Lucam apostoli rogaverunt Iesum ut doceret eos quomodo orarent propterea dixit eis Pater noster, ista oratio mater est VII orationum. Hieronymus dicit iste VII orationes VII donis spiritus sancti conveniuntur que per spiritum septem formem donantur omnes petitiones, in Ecclesia et concordant VIII beatitudinibus qui prima et novissima pro una beatitudine reputantur. Quando enim dicitur pater noster qui es in caelis sanctificetur nomen tuum, spiritui timoris convenit qui per timorem sanctificamus Deum et efficimus pauperes spiritu ut dicitur beati pauperes spiritu. Adveniat regnum tuum concordat spiritui pietatis qui per pietatem regnamur a Domino et efficimur mites. Fiat voluntas tua concordat spiritui scientiae qui per scientiam lugemus peccata ut beati qui lugent. Panem nostrum cotidianum congruit spiritui fortitudinis qui per fortitudinem simplicitatis nostrae suscipimus panem celestem (*f. 76v*) id [est] corpus et sanguinem Christi et sitimus iustitiam ut beati qui esuriunt iustitiam. Dimitte nobis concordat spiritui consilii qui per consilium bonum dimittimus aliis peccata ut Deus nobis dimittat nostra et efficimur misericordes ut beati misericordes. Et ne nos inducas concordat spiritui intellectus qui per intellectum bonum petimus ut non intremus in temptationem quam non possimus sustinere et simus pacifici ut beati pacifici. Libera nos a malo congruit spiritui sapientiae qui per patientiam postulamus a Deo ut liberet nos a malo et simus patientes ut beati qui persecutionem pati et reliqua. Item he VII orationes ad opus VII dierum inicio concordant. Deus enim primo die condidit lucem id est scientiam patris in nobis dicentis pater noster. Secundo die firmamentum id [est] stabilem voluntatem Domini in nobis dicentes sanctificetur nomen tuum et veniet regnum tuum. Tertio die spiciem maris et terre cum suis fructibus id est voluntas Dei in nobis in qua omnia bona nascuntur in nobis dicentibus fiat (*sic*) voluntas tua. Quarto die luminaria caeli id [est] fulgor divinitatis in nobis ut alii sicut sol et luna (*f. 77r*) alii ut stelle ad refectionem animarum dicentibus panem nostrum. V die pisces et volucres illa capiunt et capiuntur sic nos capiamus veram indulgentiam quando dimittimus aliis peccata et capimus a Deo qui est vera misericordia et dimittit nobis peccata nostra. VI die hominem ad imaginem suam sci nos imago Dei efficimur quando per humilitatem naturam nostram consederamus fragilem caducam et Ade sequacem et poetimus a Deo ne permittat nos in temptationem duci et si ducimur ut non superemur. VII die requievit id [est] vera requies nobis liberationis a malo dicentes libera nos a malo. Nota: quod Lucas non dicit Pater noster sed Pater sancte, quia non solum pater christianorum est sed pater omnium creaturarum. Nota: cur Dominus novissimam orationem iteravit? Id est quia in plus labor quomodo ante dixit de beatitudinem persecutionis ut sciamus quod hec nostra petitio et potestas est; si enim dimittimus aliis sua Deus dimittat nostra. Alie poeti^{ci}ones non iterantur que in potestate Dei sunt non in nostra. Item Christus complevit in se VII has orationes. Docuit nos Christus ut dicamus Pater noster et ipse dixit Pater sancte conserva eos. Christus dicit nobis sanctificetur nomen tuum (*f. 77v*) ipse complevit dicens manifestavi nomen tuum. Adveniat regnum tuum et

ipse complevit dicens regnum Dei inter vos est et pervenit in vos regnum Dei. Fiat voluntas tua ille complevit dicens non sicut ego volo sed sicut tu vis. Panem nostrum ipse complevit dicens meus cibus est ut faciam voluntatem et reliqua. Dimite nobis ipse complevit dicens Pater ignosce illis. Ne nos inducas ipse complevit si possibile est transet a me calix iste. Libera nos a malo ipse complevit dicens filius hominis tradetur in manus hominum peccatorum et tertio die resurgetu. Item hae VII orationes excludunt VIII vicia principalia. Excludit superbia invocatio patris humilis dicens: Pater noster. Excludit fornicationem sanctificatio nominis Dei in nobis dicens: sanctificetur nomen tuum. Excludit avaritiam adventus regni Dei dicens: adveniad regnum tuum. Excludit vanam concupiscentiam voluntas Dei dicens: fiat voluntas tua. Excludit gulam panis corporis Christi dicens: panem nostrum. Excludit invidiam et esse sine temptatione dicens: ne nos inducas in temptationem. Excludit tristitiam liberatio (*f. 78r*) a malo dicens: libera nos a malo. Si enim dimiseritis [et] reliqua id est si dimiseritis hominibus minora dimittet vobis maiora qui^a maius est delictum quam peccatum.

V100:

Vel demoliuntur id est nimia macie afficiunt corpora sua ut habeant inculta facie et laudentur ab hominibus. Receperunt mercedem suam id est laudem humanam quam quesierunt. Tu autem cum ieiunaveris

V101:

Item Hieronymus: ungue capud id est exilara mentem tuam que est prestantior pars animae per bonam intentionem. Faciem lava id est per caritatem erga proximum per faciem enim cognoscimur. Item per caritatem cognoscimur a Deo vel faciem lava ne videris hominibus ieiunans. Pater tuus qui videt et reliqua id est pater qui videt totam intentionem tuam ipse reddet in futuro.

V102:

Ille thesaurizat in terra qui propter terrenam laudem aut bonum quod ait tesaurizare in celo thesaurum id est sensum, erugo id est (*f. 78v*) ira, tinea id est tristitia que mortem operatur, fur id sunt demones. Hieronymus dicit

V103:

Fur id est diabolus quia sicut fur terrena furatur, ita diabolus furatur bonum de cordibus hominum. Erugo vero et tinea eandem materiam qua nascuntur consumunt, ita ira et tristitia huius saeculi consumunt homines in quibus nascuntur. Ubi est thesaurus tuus [et] reliqua id est relinque terram et quere celum quid sit habe (*sic*) ibi spem tuam.

V104:

Vel lucerna id est intentio bona ut dicitur mens que dividitur in multis sit minor ad singula. Totum corpus tuum et reliqua id est si mens bonae intentionis fuerit

tota bona opera tua erit inlustrata luce perenni. Si ergo lumen que in te est et reliqua id est sententio mentis neque fuerit omnia opera tua peiora erit.

V105:

Sancti enim diabulum hodiunt et Deum amant (*f. 79r*) aut unum sustinebit id est suggestionibus diabuli aut alterum contempnet id est Deum. Item sustinebit dixit et non dixit hodio habebit quia natura humana non potest odire Deum quamvis contempnat, et non dixit alterum diligit quia non potest humana natura diabulum diligere. Hoc in secundo versu tantum sic dicunt Augustinus et Philippus sed tamen dicit Gregorius quod hodiunt homines Deum ut Alexander aerarius. Non potestis Deo servire et reliqua. Mamona lingua Syriorum divitiae interpretantur et dicit Augustinus qui lingua Africana Mamon lucrum interpretatur et dicunt alii qui Mamon ipsum est demon qui prae est lucris, non possumus his simul et Deo servire. Ideo dico vobis ne solliciti sitis id est ne antam habeant in humanis rebus ut excludantur a Deo.

V106:

Quis autem vestrum cogitans et reliqua id est ille qui creavit corpus mensura qua voluit (*f. 79v*) addet etiam vestimentis quibus operiatur, nihil hic aliud ait nisi quod sollicitudinem superfluum tollit. Hieronymus dicit sic et anima plus est quam cybus comparatione avium demonstravit sic corpus plus esse quam vestem ex sequentibus rebus ostendit dicens: considerate lilia agri, quomodo crescunt et reliqua et re vera quod siricum quod regum purpuraque pictura textrinum potest floribus comparari. Quid ita rubet ut rosa, quid candit ut lilium violetio purpuram nullo superari murice oculorum magis quam sermonis indicium est. nolite sollicite (*corr. solliciti*) esse de crastina; de praesentibus ergo concessit debere esse sollicitos quod futura prohibuit cogitare, unde et apostolos nocte in quid et die manibus nostris laborantes neque vestrum graveremus (*corr. gravaremus*). Cras in scriptis futurum tempus intellegitur dicente Iacob exaudiet me cras iustitia mea (et in Samuheli *exp.*) et in Samuhelis fantasmate phytonissa loquitur ad Samuhel: cras in quid eris mecum. Sufficit diei malitia sua, hic malitia non contraria virtuti posuit sed laborem et afflictionem et angustias seculi, quomodo et Sarra afflixit agar ancillam suam, quod significat grece dicitur EKANOCENAMEN (= ἐκάκωσεν αὐτήν), (*f. 80r*) sufficit ergo nobis presentis temporis cogitatio futurorum curam quae incerta est relinquamus. Nolite iudicare et non iudicimini, si iudicare prohibet qua consequentia Paulo (*corr. Paulus*) in Corinto iudicat fornicantem, et Petrus Annaniam et Sapphiram mendati coarguit? Sed ex consequentibus quis prohibuerit ostendit dicens: quomodo enim iudicaveritis sic iudicabitur de vobis. Ita non prohibuit iudicare sed docuit. Quid autem vides fistucam in oculo fratris et reliqua, de his loquitur qui cum ipse mortali crimine teneantur obnoxii minora peccata fratribus non dimittunt culicem liquantes et camelum glutientes, recte ergo et ista simulatione iustitiae ut supradiximus appellantur hypocrite qui per trabem oculi sui festucam in oculo fratris aspiciunt. Nolite dare

sanctum canibus, canes sunt qui post conversionem redeunt ad pristinum peccatum vel nolite dare sacrificium corporis Christi peccatoribus. Neque mittatis margaritas ante (*f. 80v*) porcos, porcus non recipit ornatum qui versatur in volutabris luti et iuxta Salomonis proverbia si circulum habuerit aureum fedidior invenitur quia canes eos intellegi volunt qui post fidem Christi reveruntur ad vomitum peccatorum suorum; porcos autem eos qui nec dum Evangelio crediderunt et in luto incredulitatis viciisque versantur. Non convenit igitur istius modi hominibus Evangelium (*corr.* Evangelio) credere margaritum ne conculcent illud et conversi incipiant nos dissipare. Item Augustinus dicit: margarite sunt sententiae divinarum scripturarum, porci homines praevaricatores vel derisores verbi Dei sive conculcatores quia scriptum est qui erudit stultum quiasi qui mittiti aureum circulum in naribus porcorum. Petite et dabitur vobis et reliqua, quia carnalia supra vetaverat postolare quid querere debeamus ostendit. Dicit Hieronymus: si petonti datur et querens invenit et pulsanti (...*sp. rel. / eras.*) et aperitur. Ergo cui non datur et qui non invenit et cui non aperitur apparet quod non recte petierit que si erit pulsaverit, pulsemus itaque ianuam Christi de qua dictum est hec porta Domini iusti intrabit per eam ut cum intraverimus aperiantur nobis thesauri adscoditi et tenebrosi in Christo Iesu (*f. 81r*) in quo sunt thesauri sapientie et scientia. Item Augustinus: petite corde, querite ore, pulsate manibus. Aliter petite per fidem, querite per spem, pulsate per caritatem. Item petite patrem, querite filium, pulsate spiritum sanctum, et petite cogitatione, querite loquendo, pulsate omnis operibus laborando. Item petite ut servi, querite ut mercenarii querunt mercedem, pulsate ut filii audacter; petite audacia incipiendi bonum, querite diligentia perseverandi, pulsate victoria perficiendi bonum. Si ergo vos et reliqua, notandum quod apostolos malos vocat dicit Hieronymus: forte sub apostolorum persona omne genus humanum damnatur aut ad turbam loquitur que erat circa montem. Nec mirum homines huius saeculi dici malos cum et Paulus apostolus memoret redimentes tempus quam dies mali sunt.

V107:

Hieronymus dicit: lata via est seculi voluptates quas appetunt homines, angustaque per labores et ieunia panditur per quam et apostolus ingressus est et ut Timotheus per eam ingrederetur ortatur. Item porta ista angusta IIII^{or} habet super positiale id est super liminale dimisum in imum id est dilectio Dei, deambulatorium id est (subditus ?), liminare id est dilectio proximi, duo liminaria dexter et sinister (*f. 81v*) id est prospera et adversa. Quando enim inclinatur super positiale in imum id est quando per dileccionem Dei descendimus ad dileccionem proximi quando sub tus liminare ascendit in altum id est quando iterum ad dilectionem proximi ad amorem Dei transimus. Quando duo postes invicem propinquat id est quando non declinamus ad dextris neque ad sinistris hoc est cavere prospera supra modum ne in elatione incidamus et cavere adversa ne in multa vicia incidamus. Haec gravis porta est non declinare ad dextris neque ad sinixtris, et dilectionem Dei et proximi habere. Tres sunt qui non possunt ingredi supra

modum longus et brevis et onerosus id est superbus et disperans et onustus mole peccatorum suorum et sunt multi qui nesciunt hanc portam ut pagani, multi sciunt et incipiunt ire et in medio itinere revertuntur. Qui revertuntur ad vomitum suum multus que ad illam veniunt sed ab illa revertuntur sicut hi qui post cognitam veritatem revertuntur retro; sed tamen dicit Gregorius: nulla porta angustior quam (*f. 82r*) frangere omnes voluntates carnis. Lata et spatiosa id est divicus et propriae voluntati servientibus istam non querimus sed ultro se offert et errantium via est. Adtendite a falsis prophetis et de omnibus quidem intellegi potest qui aliud habitum hac sermone promittunt aliud opere demonstrant sed spetialiter de hereticis qui identur continenti a castitate ieiunio quasi quadam pietate se veste circumdare intrinsecus animo venato decipiunt anias innocentum et ex malis operibus cognoscimus eos. Numquid colligunt de spinis uvas id est de hereticis martyrium, de tribulis ficus de ipsis virginitatem, mali omnes sepe bonam doctrinam habent ut scribe et pharisei habentes legem sed hoc non suis operibus sed dono Dei verbi gratia si spine sustentaverit vituam habent super se uvas non de se redde vite debemus carpere uvas et cavere spinas sic de hereticis bonum accipere malum fugere ut Dominus dicit super cathedra Moysi et reliqua. Non potes arbor bona et reliqua. Hieronymus dicit qui ramus ah hereticis qui duas inter se contrarias dicunt esse naturas, si iuxta intellegentiam eorum (*f. 82v*) arbor bona malos fructus facere numquit potest, quomodo Moyses arbor bona peccaverit ad aquam contradictionis et David Uria interfecto cum Bethsabe cumcubuerit et Petrus in passione Domini eum negavit. Aut qua consequentia Iethro socer Moysi arbor mala qui utique Deum Israel non credebatur dederit consilium Moysi bonum et Ahior Olofertio aliquid utile sit locutus et cum remius dixerit quod bene dictum apostolus cum probavit corrumpunt mores bonos cumloquia mala et con (*sic*) non invenerint quod respondeant: nos inferemus Iudam arborem, quondam bonam fecisse fructum malum negando et perdendo Dominum et Paulum bonum malum et postea quondam tam divergo bona arbor fructos non facit malos quamdiu in bonitate perseverat et mala arbor in fructibus peccatorum quamdiu non agit.

V108:

Hieronymus dicit sicut supradixerat eos qui habere vestem vitae bonae non recipiendos propter doctum (*f. 83r*) nequitiam, ita nunc e contrario adfert ne his quidem adcomodandam fidem qui cum polleant integritate fidei turpiter vivant et doctrine integritatem malis operibus destruunt de quibus apostolus loquitur confitentur se nos se Deum factis autem negant. Mutli mihi dicent et reliqua et tunc confitebor illis qui non novi nos et cetera id est prophetare et virtutes facere et demonia eicere interdum non eius est meriti qui operatur sed vel invocatio nimonis Christo, hoc agit vel ad condempnationem eorum qui invocant vel utilitatem eorum qui vident et audiunt conceditur ut licet homines dispiciant signa facientes tamen Deum honorent ad cuius invocationem fiunt tanta miracula, nam et Saul et Balaam et Caiphas prophetaverunt nescientes quid dicerent et Pharaon

et Nabagodonossor somniis futura cognoscunt et in actibus apostolorum filii Scaeve videbantur eicere demones et Iudas apostolus cum animo proditoris multa signa inter ceteros apostolos fecisse dicitur. Tunc confitebor illis signantur dixit confitebor quia multo ante tempore dicere dissimularet. Non novi vos, non novit Dominus eos qui periunt observantem quare addiderit numquid novi vos si iuxta (*f. 83v*) quosdam homines inter rationabiles semper versati sunt creaturas. Recedite a me qui operamini iniquitatem, ne videretur tollere poenitentiam sed qui operamini hoc est qui usque in praesentem horam cum iudicii tempus advenit licet non habeatis facultatem peccandi tamen adhuc habetis affectum. Item discite a me hoc est qui sperant non esse resurrectionem. Omnis qui audit verba mea haec hoc est qui contra praedicationem non agit. Nota quod dicit verba mea haec quando dicit haec ostendit quod in illa praedicatione quam in monte dixit omnis plenitudo perfectionis est et si non dixisset hec putaretur quod non perfecta plenitudo esset in hac praedicatione sed in toto Evangelio. Hieronimus dicit qui subvertere temptat domum diabulus est flumina omnis antichristi qui contra Christum sapiunt venti spiritalia nequitia in caelestibus et non cecidit fundata enim erat super petram, super hanc petram Dominus fundavit Ecclesiam, ab hac petra apostolus fortitus nomen est super huiusce modi petram non invenient serpentes vestigia hucusque Hieronimus. (*f. 84r*) Item petra auditus Christi est pluvia temptatio a Deo venti temptatio ab homine flumina temptatio a diabulo sed a Deo temptatio probatione, ab homine aliquando in bonum aliquando in malum aliquando semper in malo. Item pluviae, venti (*sp. rel / eras*), flumina id [est] iudaismus, gentilitas, heresis. Item Augustinus: domum id est opus bonum, petra ipse est Christus...

V109:

Aliter qui posuit spem suam in Christo et non in homine sed est fructus bonis operibus et virtutibus, ille domui adsimilatur Dei. Descendit pluvia id est temptationes vel opiniones; flevit venti id est instigationes diabuli non cadet quia multis virtutibus in Domino constabilitus est. item superstitiones hominum rumores mali delectationes carnis non praecipitant eum qui super Christo stat. Pluvia desuper, flumina deorsum, venti a regione, ita nobis tribus partibus veniunt temptationes sed superamus cum spem nostram in Christo ponimus. Qui edificat domum super harenam; Hieronimus dicit arena fluida est et coangustare non potest (*f. 84v*) non in unam copulam redigi omnis hereticorum sermo ad hoc haedificatur ut corruat. Item domus super arena et parva opus est super delectationes carnales quia qui propter laudem humanam et vanam gloriam facit quodcumque frustra edificat hic quia ista superius dicta deiciunt eam. Iohannes Cassianus dicit non ideo cadit quia veniunt ista sed qui non habet fundamentum solidum quod est Christus et aliter arena homines intelleguntur qui edificant opera sua in laude hominum, cum enim venerint tribulationes et persecutiones hesitat statum quia non habet verum fundamentum cum acciderit ad bonum gaudet ad

tempus autem credit; commoritur autem forsitan (*irascatur exp.*) inrumpatur in quem speravit labe fiat harena est concupiscentias hominis et cadat et fiat ruina eius magna. Gregorius hanc sententiam dixit de Arrio et sequacibus eius, qui super doctrinam eius edificaverunt et postea sub Constantino et Niceni concilio ruinam magnam fecerunt. Erat autem decens eos et reliqua, illi enim ea docebant populos que scripta sunt in Moyse et prophetis, Iesus vero quasi Deus et Dominus ipsius morsi pro libertate voluntatis suae veleaque minus videbantur addebat in lege vel commutans praedicabat populos ut supra quoque legimus dictum est antiquis. Ego autem dico vobis, cum autem discendisset de monte Domino descendente (*f. 85r*) occurrerunt turbe multe quia alitiora ascendere non valuerunt. Descendit de monte id est de celo, descendit per incarnationem at tamen non relinquit celum per divinitatem. Secute sunt turbe multe id est post qui de sinu patris per carnem in mundum venire dignatus est, tunc multitudo gentium occurrit ad fidem. Hieronymus: sed prius occurrit ei leprosus nec enim poterat cum lepra tam multiplicem in monte salvatoris audire sermonem et notandum quod hic primus specialiter curatus sit, secundo puer centurionis, tertio sogrus Petri febricitans in Capharnaum, quarto locu oblata sunt ei demonio vexati quorum spiritus verbo eiciebat quando omnes male habentes curavit. Et ecce leprosus veniens et reliqua, recte post praedicationem et doctrinam offertur occasio ut per virtutem miraculi sermo praeteritus firmetur, Domine si vis qui voluntatem rogat de virtute non dubitat. Extendente manum Domino statim lepra fugit, non ergo ut plerique latinorum putant iungendum est et legendum volo mundare, sed primum dicit volo, deinde imperando dicit mundare. Vade ostendete sacerdoti, varias ob causas primum propter humilitatem ut sacerdotibus deferre videatur sicut in lege praeceptum erat, deinde ut mundatum videntes leprosum aut crederent salvatori aut si non crederent inexcusabiles fierent (*f. 85v*) et ne videretur legem infringere qui ut prophetavit a plantea pedis usque ad verticem non est sanitas in eo; item ad alligoriā leprosus genus humanum significat quem liberavit a lepra post qui descendit de monte id est de celo per incarnationem et passionem suam sicut subtraxit manum a leproso sic omne opus suum. Et a mundana delectatione subtraxit sic que eum pater substulit de mundo ad caelum. Vade ostende te sacerdotibus, id est vadat ad confessionem et mundare a lepra peccatorum tuorum, vel sacerdoti id est Christo; et offer munus id est fructus bonorum operum. Nemini dixeris id est ne exaltaveris te pro sanitate, vel exemplum nobis de semetipso ne queramus laudem de benefacto nostro. Quod praecepit Moyses in testimonium illis id est quique diderint mundationem tuam sit illis testimonium ad vitam, qui vero non crediderint sit illis testimonium ad mortem, id est postquam altitudinem divinitatis in humanitatem humiliavit (*f. 86r*) de quo apostolus ait: qui cum forma Dei esset non rapinam arbitratus sed semetipsum ex inanium formam servi accipiens. Occurrit leprosus id est unusquisque peccatori qui per fidem et confessionem venimus ad Deum qui^a nisi ille ad nos per humilitatem descenderet nos ad eum nullo modo venisemus. Vade ostende te sacerdoti id est ostende fidem et sanus eris. Et offer munus id est ut Paulus ait rationabile

sit obsequium vestrum hostiam vivam sanctam Deo per omnia placentem et cetera. Cum autem introisset Caphernaum cetere. Caphernaum villa pulcherrima id [est] sancta Ecclesia (...*non leg.*). Hieronymus non debemus iactantia arguere Dominum quia statim se utrum esse promittit videns centurionis fidem humilitatem et prudentia

VIIIO:

constitutus Dominum quoque non adventum corporis sed per angelorum mysteria posse implere quod vellet sub potestate Cesaris dic huic vade et vadit hac si diceret dic diabulo vade et vadet et Spiritus sancti (*f. 86v*) veniet et venit servo autem faciet hoc et faciet ego vade et vadit. Audiens Iesus miratus est, miratus est qui vidit centurionem suam intellegere maiestatem. Amen dico vobis et reliqua, de presentibus loquitur non de omnibus retro patriarchis et prophetis, ni forte in centurione fides gentium praeponitur Israeli. Multi ab horiente et cetera, quia Deus Habraham caeli conditor pater Christi est idcirco in regno celorum est et Habraham cum quo a cubito res sunt nationes qui crediderunt in Christo filio creatoris, secundum istoriam venerunt romani in terram illam et multe nationes cum eis et expulerunt filios regni illius id est Iudeis vel insidiam ubi fuit stridor dentium eorum pro nimio frigore vel in Ethiopiam ubi flebant pro nimio calore gentes vero que venerunt ab oriente et hoccidente habitaverunt multe in Iudea et ibi sepulti sunt cum ossibus patriarcharum. Item patriarcharum centurio figuram et prophetarum tenet aut Moysi cum lege sua qui rogabatur pro puero id est pro populo suo paraliticum quia in mandatis Dei gressus rectos non faciebat; in domo id est (*f. 87r*) in mundo, male torquetur id [est] diabolus vexabat eum; ego veniam et cura boeum id est et curo boeum per incarnationem venit per baptissimum et passionem curavit. Non sum dignus ut intres sub tectum meum id est non mereor pro magnitudine peccatorum ut intres sub tectum id est sub carnem meam tanta divinitatis. Dic verbum id est praedicationem. Item centurio cornelius significat vel doctores Ecclesiae qui sciunt virtutes Christi et rogant pro genere humano.

VIIII:

Duo sunt regna Dei: unum est mundus ubi boni et mali mixti sunt, aliud est caeleste in quo boni tantum sensus moralis. Caphernaum ager consolationis id est unusque sanctus qui consolatur a Deo et venit ad eum centurio id est mens, puer anima, milites cogitantes bonae servi corpus, illic erit fletus et stridor dentium.

VII12:

In fletu oculorum vera caro, in stridore dentium ossa hic ostenditur vera resurrectio. (*f. 87v*) Cum venisset Iesus in domum Petri et cetera, tangitur manus mulieris et sanatis operibus peccatorum infirmitas fugit. Natura hominum talis est ut post febrem magis incipiant lasiscere corpora et postquam medici carnales presant sanitatem egrotationes mala sentire verum sanitasque confertur a Domino medico totum simul reddit propterea dixit surgens ministrabat eis. Item

V113:

id est operibus suis, Christus sanabit post plenitudinem gentium opera sinagoge

V114:

Fructum bonorum operum reddebat ei. Item moraliter sogrus id est caro febricitans in malis desideriis, tetigit id est per conpunctionem surrexit per confessionem, ministrabat ei id est gratias agens vel benedicebat ei. Vespere autem facto et cetera, non mane non meridie sed ad vesperam id est in fine mundi quando verus sol occubuit quando granum tritici in terram cadens moritur ut multum fructum, (*f. 88r*) adferat sicut legitur post mortem Ioseph multiplicati sunt filii Irsael hoc est post mortem Christi multiplicati sunt filii Israel spiritales id [est] christiani qui obtulerunt apostoli et ceteri doctores qui post passionem Domini omnes gentes per praedicationem ei obtulerunt, demonia id sunt peccata, eiciebat verbo id [est] praedicatione Evangelii, et omnes male habentes id est quacumque infirmitatem habuerit homo nisi desperaverit sanatur a Deo; infirmitates accepit id est rapuit a nobis et egrotationes portavit id [est] in ligno crucis iussit ire trans fretum id [est] calcare vicia mundi et transire ea non apetere, non hoc in crastino factum est secundum Lucam sed ivit in desertum. Et accedens unus scribe cetera, scribe istae legis qui tantum litteram noverat occidentem si dixisset Domine non fuisset repulsus a Domino sed qui magistrum unum ex pluribus estimabat et litterator erat qui significantius grece dicitur gramatheus et non spiritualis auditor, ideo non habet locum in quo possit reclinare Iesus caput suum, ideoque repudiatu est qui videns (*f. 88v*) signorum magnitudinem sequi voverit Christum ut lucreum quereret de miraculis sicut Simon Magus; talis ergo fides iustae a Domino condempnatur et dicitur ei quid me propter divitias seculi et lucra sequi cupisque cum tantes impaupertates ut ne ospiciolum quidem habeam et non meo ut artecto. Item hic scribe Iudeo significat qui putant se sequi Deum et quia sic te querunt ideo non merentur sequi eum, ut Paulus ait: Emulatores sunt sed non secundum scientiam. Vulpes habeant foveas id sunt Iudaei dolosi qui in fovee littere legis latitant vel homines increduli, volucres homines divites vel demones qui habitant in cordibus Iudeorum ac ideo non habitat Christus in eis. Mora literis scribe id sunt homines mali sicut hypocrite qui fecte querunt Deum. Ideo repudiantur ab eo non reclinat caput ubi non est fides. Alius autem ex discipulis et reliqua, quid simile inter scribam et discipulum, ille magistrum vocat hic Dominum confitetur, ille propter pietatem ad sepeliendum patrem ire desiderat, iste secuturum se quolibet esset promittit non magistrum querens sed et magistro lucrum. Mortuus quicumque non credit et qui rectam fidem non habet (*f. 89r*) et aliter corpus mortuum dixit et anima simul et aliter cum peccatori laudat peccatorem et iusta Salomonis vocem letantur cum male fecerint et exultant in rebus pessimis et in psalmo laudatur peccator in desiderus et cetera. Item discipulus iste illos Iudeo figurat qui volunti sequi Deum et credere Evangelio sed tamen litteram legis observant. Sepeliunt alios in observatione legis litterae mortuos corpore et animo sequere me id est qui multi secuti sunt ex eis Deum ut Paulus et ceteri

apostoli ceteri sepulti sunt in errore. Et ascendente eo in navicula et reliqua. Hieronymus dicit: quintum signum fecit quando ascendens navem de Caphernaum ventis imperavit et mari. Sextum quando in regione Gerassenorum dedit potestatem demonibus in porcos. VII quando ingrediens civitatem suam paraliticum secundum curavit in lectulo, primus enim paraliticus est puer centurionis. Ipse vero dormiebat et reliqua, huius signi typum in Iona legimus quando ceteris perclitantibus ipse securus est et dormit et suscitatur et imperio a sacramento passionis suae liberat suscitantes. Tunc surgens ex hoc loco intellegimus quia (*f. 89v*) omnes creature sentiunt creatorem, quibus enim increpatur et imperatur sentiunt imperantem. Non errore hereticorum quia omnia putant animantia sed maiestatem conditorisque apud nos insensibili[li]a illi sensibilia sunt; porro homines mirati sunt, non discipuli sed nautae et ceteri qui in navi erant mirabantur si autem quis contentio se volverit eos qui mirabantur fuisse discipulos, respondebimus recte homines appellatos qui^a necdum potentiam noverat salvatoris. Ascendit in navi id est in carne; secuti sunt discipuli id est ad fidem, motus factus persecucio a Iudeis facta ita ut navicula operiretur id (*...eras*) ut in ipsum salvatorem consurgerent et crucifigerent vel etiam operata est fluctibus ita ut maximus apostolorum in percutio negaret; ipse vero dormiebat id est in passione quiescebat et secundum Marcum super cervical id est super crucem; suscitaverunt eum id est quia postolabant resurrectionem eius et reliqua, cessare fecit persecutiones in apostolis sive dubitationes cordium eorum de resurrectione eius; facta est tranquillitas, pax post persecutionem; homines mirati sunt, (*f. 90r*) gentilium philosophi stupebant in virtutibus Dei. Item aliter ascendit in navicula id est Ecclesia et gentibus navis in mari. Ecclesia in amaritudine seculi cum discipulis suis cum doctoribus Ecclesiae; factus est motus cum discipulis suis id est persecucio Ecclesiae christianorum ab imperatoribus romanorum; ipse dormiebat id [*est*] tardans ad liberandum; qui suscitaverunt eum sancti sunt que rogabant pro Ecclesia; surgens id est ad adiuvandum; imperavit et reliqua id est cessare fecit persecutores Ecclesie et Constantinum credere; facta est tranquillitas id est (*...eras*.) temporibus Constantini tanta pax Ecclesiae data est ut concilium congregarent et condemnarent multas hereses inimicos Dei; homines mirabantur id est hi quibus data est pax aut populi gentilium. Item moraliter ascendit in navicula id est in anima cuiusque sancti; cum discipulis id est bonis virtutibus; mare movens concupiscenciae carnales; ventus vitia surgenciam; ipse dormiens id est deserens auxilium; suscitaverunt eum id [*est*] bone oraciones; surgens praestat auxilium. (*f. 90v*) Et cum venisset trans fretum in regione Gerasenorum occurrerunt duo habente daemonia et reliqua; venisti torquere nos, non voluntatis ista confessio quam praemium sequitur confitendi, sed necessitatis extortio qui cogit invitos, velut si servi fugitivi post multum temporis Dominum suum videant nihil aliud nisi de verberibus deprecantur, sic demones cernentes Dominum in terris repente conversari; ad iudicandos se credebant praesentia salvatoris tormenta sunt demonum, ridicule qui putant demones scire filium Dei et diabulum ignorare eo quod minoris malitiae sunt isti qui ille cuius satellites sunt isti cum omnis scientia discipulorum ad magistrum referenda

sit, tam demones quia diabolus suspicari magis filium Dei quam nosse intellegendi sunt, nemo enim novit patrem nisi filius et cui volverit filius revelari. Si eicis nos et reliqua, non quod conderet salvator demonibus quia petebant dixit ite sed ut per interfectionem porcorum hominibus salutis occasi praeberetur; erubescat manicheus si de eadem substantia et ex eodem auctore hominum bestiarumque sunt animae (*f. 91r*) quomodo ob unius hominis salutem duo milia porcorum suffocantur. Gerassenorum salus bona interpretatur, ipsa est Ecclesia primitiva apostolorum; duo demoniaci populum gentilium et Ideorum, aut aliter duorum filiorum Noe, populus ex his procreatus id est ex Cam et Iafeth; cum demonibus hoc est cum perfidiam; de monumentis id est de peccatis suis vel de corporibus; sevi nimis id est occidebant christianos in persecutione maxima; nemo transivit et reliqua id est nemo potuit per viam illorum id est per mores eorum pessimos ad regna celorum pervenire; clamaverunt id est contradicebant credere et doctrinam Christi et doctores sanctos; torquere nos id est destruere idola et deos nostros, illi qui non credunt ipsi sunt porci, in illos introeunt demones qui de fidelibus eiciuntur; orant ut mitantur in eis id est in peccatoribus qui terra appellantur ut terram comedes conctis diebus, vitae tuae hanc terram petierunt demones; vadunt in mare praeceptum id est in profundum inferni; pastores ipsi sunt doctores qui de populo Iudeorum fugerunt ad gentes et adnuntiant mirabilia Dei (*f. 91v*) et ipsi sunt philosophi gentium qui post qui cognoverunt veritatem ipsi ad acnuntiant mirabilia Dei in toto mundo. Item aliter demoniacus significat gentiles; misit demones porcos id est post exierunt de gentiliu credulis misit eos in Iudeos non credentes; dispersi vadunt in mare id est in infernum; rogaverunt ut exiret id est qui Iudei non receperunt Christum fugit ad eis; in navem hoc est in Ecclesia; tota civitas id est mundus; exeat ab eis id est ut rapiat corpus suum qui est Ecclesia in celesti regno. Item Genesar ortus principium interpretatur, ipse est populus de coorti sunt patriarchae prophete et apostoli, duo demoniaci populus Iudeorum sub duobus legibus Moysi et prophetarum, sub [I]I ducibus Pilatum et Herodem, sub II sacerdotibus Anna et Caipha; de monumentis de doctrina scribarum et phariseorum quia ipse Dominus vocat eos sepulchrum: ut ve vobis scribae et pharisei simile estis sepulcris dealbatis et cetera; nemo transibat per viam id est nullus potuit confiteri inter illos Christum palam nisi qui non timuisset mori ante tempus sic dicunt Iudaei (*f. 92r*) qui nondum venite Christus in mare per praeceptum id est in profundo inutilitatis pastores id [est] doctores eorum credentes; tota civitas pars est ex illis qui credidit; exiret ab eis id est post qui crediderunt ut exiret ad gentes. Item moraliter duo demoniaci corpus et anima; de monumentis de tenebris et multitudine peccatorum suorum; sevi nimis id est nocentes sibimetipsis et proximis; nemo transibat id est nemo angelorum habitavit in cordibus eorum neque gratia spiritus Dei; clamantes id [est] contradicentes verbo Dei; ante tempus id est ante diem mortis; intrant in mare morientes id est alii in mare perditionis alii a peccatis moriuntur in aquis baptismi. Quod autem rogaverunt ut transiret finibus eorum non de superbia hoc faciunt ut nonnulli arbitrantur sed de humilitate quia presente Domino iudicabant se indignos sicut Petrus in captura

piscium ait: exi a e Domine quia homo vir peccator sum. Venit in civitatem suam et reliqua hoc est in Nazaret unde et nazareus appellatus es, obtulerunt ei ut supra iam diximus secundum paraliticum iacente in lecto qui^a ipse ingredi non valebat. Videns autem Iesus et reliqua, non fidem paralitici sed eorum qui portabant (*f.* 92^v) paraliticum mira humilitas dispectum et debilem filium vocat quem sacerdote non dignabantur adtingere aut certe ideo filium vocat qui^a dimittuntur ei peccata sua iuxta tropologiam autem anima iacens in corpore totis membrorum virtutibus dissoluta a perfecto doctore offertur curanda Domino que si misericordia eius sanata fuerit et tantum roboris accipit ut portet statim lectulum suum. Et ecce quidam de scribis et cetera, legimus in propheta dicentem Deum ego sum qui doleo iniquitates tuas; consequentur ergo scribae qui^a hominem putabant et verba Dei intellegebant arguuntur blasphemiae; sed Dominus videns cogitationes eorum ostendit se Deum qui potest cordis occulta cognoscere et quodammodo tacens loquitur eadem maiestate et potentia qua cogitationes vestras intueor possum et hominibus delicta dimittere, ex vobis intellegite quod paralyticus consequatur, inter dicere et facere multa distantia est utrum sint laralytico peccata dimissa solus noverat quod imitebat; surge autem et ambula, tam ille qui surgebat quam surgentem vide(*f.* 93^r)bant probare poterant; (*fir* ?) igitur carnale signum ut probetur spiritale, hic datur nobis intellegentia propter peccata plerasque evenire corporum infirmitates et idcirco forsitan pius dimittuntur peccata ut causis debilitatis ablatis sanitas restituatur corporis. Tolle lectum hoc est nostra paralitica si robor pristinum recuperarit portat lectum suum in quo iacebat antea dissoluta et portat illum in domum virtutum suarum. Item post qui venit in civitate id est in Ecclesiam; obtulerunt ei paraliticum id est totum genus humanum iacentem in peccatis; et a quattuor portabitur secundum Marcum id sunt IIII^{or} evangelistis vel ceteris doctoribus quia per IIII^{or} evangelistis omnes significant sancti ut Gregorius dixit quia quid de doctrina perfectionis habent ab his III^{or} sumpserunt. Videns fidem illorum id est sanctorum evangelistarum ceterorum cui dimituntur peccata, ille filius Dei recte vocatur. In lectulo id est in carne. Quidam de scribis id sunt qui non credunt per Christum posse fieri salutem. Remittuntur tibi (*f.* 93^v) peccata id est per baptismum est; surge per fidem, ambula per bona opera. Lectum quo prius iacebas vade in domum id est in Ecclesia vel revertere in domum paradisi unde existi. Moraliter item paraliticis unusquisque peccator est. IIII^{or} portabatur id est IIII^{or} virtutibus animae. Tolle lectum tuum id est concupiscentias in quibus prius iacebas, abstrahas qui non credebant suggestiones diabuli sunt. Vade in domum id est domum conscientiae et sequere Christum ut portes crucem eius. Cum transiret inde Iesus et cetera, ceteri evangeliste propter verecundiam et honorem Mathei noluerunt eum nomine appellare vulgato sed dixerunt Levi duplici quippe vocabulo fuit, ipse autem Matheus secundum illud quia in Salomone praecipitur iustus accusator sui est in principio sermonis et alio loco dictu peccata tua ut iustificeris Matheum se et puplicanum vocat ut ostendat legentibus nullum debere salutem desperare si ad meliora conversus sit. Cum ipse puplicano in apostolum sit repente mutatus erquit hoc

loco Porphirius et Iulianus Augustus vel imperitiam his(*f. 94r*)tori timentientes vel stultitiam eorum qui statim secuti sunt salvatorem quiasi inrationabiliter quemlibet vocantem hominem sint secuti cum tante virtutis tantaque signa praecesserint que apostolos antequam crederent vidisse non dubium est certe fulgor ipse et maiestas divinitatis occultae quae etiam in humana facie revelabat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu, si enim in magnatae lapide et sucinis hec es sevis dicitur ut anulus et stipulam et festucas sibu copulent; quanto magis Dominus omnius creaturarum ad se trahere poterat quos volebat? Non secundum ordinem posuit Matheus sed voluit se ponere post paraliticum causa humilitatis quia quiasi paraliticum se videbatur eum et puplicanum se vocat. Lucas vero et Marcus dicunt nomina apostolorum. Item Matheus gentilium populum significat in telonea id est in templis idolorum querens census et ut reddat regi id est reddens census idolis et diabulo. Matheus donatus interpretatur id est donavit Deus gentibus peccata gratis per fidem Iesu Christi (*f. 94v*) surgens per fidem sequens per mores bonos. Item moraliter Matheus ipse est animus in corpore sedens; quaerens census id est vitia et congregans peccata vocatur a Deo per compunctionem et sequi eum per confessionem et per fructum bonorum operum. Et factum est discumbente eo in domo et cetera, viderant publicanum a peccatis ad meliora conversum locum invenisse paenitentiae et obidet iam ipsi non desperant salutem, neque vero in pristinis viciis permanentes veniunt ad Iesum ut Pharisei et scribae murmurant, sed paenitentiam agentes ut sequens Domini sermo significat dicens misericordiam volo et non sacrificium, non veni vocare iustos sed peccatores. Ibat autem Dominus ad convivia peccatorum invitatoribus suis praeberet cibos. Denique cum frequenter pergere ad convivia describatur nihil refertir aliud nisi quid ibi fecerit quid docuerit ut et humilitas Domini eundo ad peccatores et potentia doctrine eius in conversatione penitentium demonstratur. Quod autem sequitur misericordiam volo et reliqua, et non veni vocare iustos sed peccatores, de propheta a propherens testimonium sugillat scribas et fariseos (*f. 95r*) qui iusto se estimantes peccatorum et publicanorum consortia declinantes, ac si diceret qui putatis vos iustos ideo non est necesse ut exeam ad vos. Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis. Lucas dicit quod Pharisei hocciderent; Marcus dicit erant discipuli Iohannis et veniunt et dicunt. Dicit Augustinus: hi prius oc dicerent qui in convivio erant et postmodum venerint discipuli Iohannis et dicerent superba interrogatio et plena desuper cilio phariseorum certe ut aliud non dicamus reprehendenda ieiunii iactantia, nec poterant discipuli Iohannis non esse sub vitio qui calumniantur eum quam sciebant magistri vocibus praedicatum, et iungebantur fariseis quos a Iohannis noverant condempnatos, generatio viperarum et reliqua. Ait illis Iesus: numquid possint filii sponsi ieiunare et cetera. Sponsus est Christus, sponsa Ecclesiae, de hoc sancto spiritalique coniugio, apostoli sunt creati qui lugere non possunt qui diu sponsam in thalamo vident et sciunt sponsum esse cum sponsa. Quando vero transierunt nuptiae et passionis et resurrectionis tempus advenit, tunc sponsi filii ieiunabunt. Nonnulli putant idcirco post dies XL passionis ieiunia debere (*f. 95v*) committi licet statim dies pentecosten spiritus sanc-

tus adveniens indicat nobis festivitatem et ex uisus (*sic*) occasione testimonii montanos prisca et aquila et maximilla etiam post pentecosten faciunt quadragesimam qui ablato sponso filii sponsi debant ieiunare. Ecclesiae autem consuetudo ad passionem Domini et resurrectionem per humilitatem carnis venit ut spiritali saginae ieiunio corporis praeparemur. Iuxta legem autem tropologiae sciendum quamdiu sponsus est nobiscum et in letitia sumus nec ieiunare possumus nec lugere, cum autem ille per peccata a nobis recesserit et avolaverit tunc indicendum ieiunium est tunc luctus recipiendus est. Nemo mittit commisuram panni rudis et cetera. Quod dicit hoc est donec renatus quis fuerit et vetere homine deposito per passionem meam novum hominem induerit non potest saeviora ieiunii et continentiae sustinere praecepta, ne per securitatem nimiam tiam credulitatem qui nunc habere videntur amittat. Duo autem exempla posuit vestimenti et utriusque veterum et novorum. Utres debemus intellegere scribas et fariseos (*f. 96r*), plagula vestimenti novi et vinum novum praecepta evangelica scienda quae non possunt sustinere Iudei ne maior scisura fiat. Tale quid et Galatae facere cupiebant ut cum Evangelio praecepta legis miscerent et in utribus veteribus mitterent vinum novum, sed apostolus ad eos loquitur: O insensati Galatae quis vos fascinavit veritatem non hoberere sermo igitur evangelicus apostolis potius qui scribas et farisei est infundendus qui malorum traditionibus depravati sinceritatem praeceptorum Christi non poterant custodire. Alia est enim puritas virginalis aniae et nulla prioris vitii contagione pollute et aliae sordes eius quae multorum libidine subiacerit. Alii volunt hoc in discipulis Iohannis qui solvisset eos Christus a ieiunio. Videtur quasi novus pannus veteri coniungere hoc est nova institutio et quasi novum vinum in veteres utres inponi, sed hoc frivola questio est. Ecce princeps unus accessit. Octavum signum est in quo princeps suscitare filiam suam postulat nolens de mysterio vere circumcisionis excludi sed subintrat mulier sanguinem fluens et octavo sanatur loco ut principis filia de hoc exclusa numero veniat ad (*f. 96v*) nonum iuxta illud quod in psalmis loquitur Ethiopia praeveniet manus eius Deo, et cum intraverit plenitudo gentium tunc omnis Israel salvus fiet. Et ecce mulier, in Evangelio secundum Lucam scribitur quia principis filia duodecim annos haberet etatis. Nota ergo qui eo tempore haec mulier id est gentium populus coeperit egrotare quo gens crediderit Iudeorum, nisi enim ex comparatione virtutum vicium non ostenderetur, haec autem mulier sanguine fluens non in domo non in urbae accedit ad Dominum quia iuxta legem urbibus excluderetur, sed in itinere ambulante Domino ut dum pergit ad aliam alia curaretur, unde dicunt et apostoli vobis quidem oportebat praedicare verbum Domini sed quam indignos iudicastis saluti ecce transgredimur ad gentes. Dicebat enim intrare et reliqua. Iuxta lege eius qui mulierem menstruatam aut fluentem sanguinem tetigerit immundus est, ista ideo tangit Dominum ut sanguis vitia etiam ipsa sanetur. Confide filia, ideo filia quia fide tua te salvum fecit, nec dixit fide tua te salvum factura est sed salvam facit, in eo enim quod credidisti iam salva facta es. Et cum venisset Iesus in domum us(*f. 97r*)que odi puella iacet in domo principis mortua, et qui videntur magistri tibicines carmen sunt (lutiabren = lugubre) cantantes,

turba quoque Iudeorum non est turba credentium sed turba multuantium. Non est mortua et reliqua, quia Deo vivunt omnia. Et cum eiecta esse turba, non erant digni ut viderent misterium resurgentis qui resuscitantem indignis contumeliis diridebant. Et tenuit manum, nisi prius mundatae fuerunt manus Iudeorum quae sanguine plene sunt sinagoga eorum mortua non resurget. Item haec illo loquente, hic Matheus narrat secundum ordinem quando dixit haec, princeps unus dixit Lucas et Marcus nomen eius Iahirus qui interpretatur inluminans sive inluminatus significat Moysen cum lege inluminatur a Deo et inluminans populum praeceptis legis, alii dicunt qui figurat patriarchas et prophetas qui rogant pro filia id est pro plebe israhelitica, postulant ut venirent liberare eam. Matheus dicit defunctam, Marcus dicit in extremis est, Lucas dicit qui moriebatur, Matheus mortuam qui congruit sensu mistico vel pro veritate dixit vel quia putabat princeps quando revertetur domum inveniret (*f. 97v*) mortuam vel ideo quia mortua esset credebat si veniret Iesus resuscitaret eam. Et surgens sequebatur eum id est post patriarchas et Moysen cum lege et post omnes prophetas venit Iesus in carne ad sanandum filiam eorum, et discipuli id [est] doctores, et quando parabat Iesus salvare Israel occurrit Ecclesia gentium. Fluxu sanguinis patiebatur, per sanguinem perdit homo fortitudinem (et pulcritudinem sic Ecclesiae gentium perdidit pulcritudinem et fortitudinem *add. marg. inf.*) legis nature quam si custodisset sicut Iob et alii multis pulcra et fortis esset ut ad Deum. Aliter sanguinis id est bona opera misit haec, accessit retro secundum historiam pro verecundia aut pro multitudine populi, secundum aligoriā accessit retro id est post ascensionem Christi aut aliter post qui^a discessit sinagoga Iudeorum haec accessit ad fidem. Fimbria id est incarnationem filii credidit et adhoravit aliter fimbria id est minima mandata quae sivit quae Iudaei repudiabant et credidit se salvari si haec observaret. Sive fimbria Paulus apostolus est minimus apostolorum quae recepit Ecclesia gentium ut ipse ait: quamdiu quidem sum gentium apostolus ministerium meum inlustrabo. Dicebat enim si tetigero tantum fim(*f. 98r*)briam vestimentis eius salva ero, id est si credidero incarnatum et observavero mandata et accipero unum ex apostolis suis doctorem salvabor. Iesus conversus per apostolos et doctores post plenitudinem gentium, venit Christus ad sanandum puellam id est sinagogam et post qui veniet inveniet tibicines id est scribae et pharisei docentes superstitiones turbatu multuans id est demones. Et eiectis his ingreditur domum cum tribus discipulis, cum fide trinitatis, et erunt VII in domo ipse et discipuli III et mater et pater puelle et puella. Hoc sunt VII dona spiritus sancti. Non est mortua, quia omnia vivunt Deo vel non est perdita sicut non possit sanari. Item Iairus ipse est ammus qui rogat pro filia sua id est pro anima mulier id [est] caro prius sanatur caro ut respiscat a viciis. Postmodum ingreditur Iesus cum discipulis id [est] bonis virtutibus. Tibicines et turba id [est] demones, eiecit primum et vitia et tenet manum puellae operibus suis opera animi sanat. Exit fama id est laus ex bonis operibus vel auxilium eius prestitit. Transeunte per domum principis Domino Iesu et per gentem (*f. 98v*) ad domum suam sicut supra legimus ascendens in naviculam transfretavit et venit in civitatem suam clabant duo ceci et

tamen non curantur, in itinere non transitoriae ut putabant sed post qui venit domum suam accedunt ad eum et intrant et primum eorum discutitur fides ut si vere difei lumen accipiunt prioris signo qui exposuimus, de principis filia et de morbosa muliere consequentur hoc iungitur ut quod ibi mors debilitas hic cecitas demonstraret. Utque enim populus cecus erat Domino per hoc seculum transeunte et cupienti reverti ad domum suam qui nisi confesi fuerint et dixerint miserere nostri fili David et interrogante Iesu credentes quia possum hoc facere responderunt ei, utique Domine lumen prostinum non recipient. In alio evangelista unus cecus scribitur scisis vestibus et in Hierico sedens qui ab apostolis proibetur clamare sed per impudentiam recepit sanitatem qui locus proprie ad gentium populum pertinet et in suo exponendus est volumine. Fili David miserere nostri audiat (Marcion ?) (*f. 99r*) et manicheus et ceteri heretici qui vetus laniant instrumentum et discant salvatorem appellare filium David, si enim non est natus in carne quomodo vocatur filius David? Et comminatus est illis Dominus propter humilitatem fugiens iactantiae gloriam, gratiae non possunt tacere beneficium, non ergo aliquid inter se iustum esse contrarium ceci isti in decimo curantur loco. Item transeunte id [est] per humanitatem quia stare divinitatis est transire humanitatis quando venit in carne; secuti sunt eum duo ceci Iudei et gentes clamantes paenitentiam agentes. Cum venisset domum hoc in mundo aut postquam ascendit in caelis tunc accesserunt isti populi per praedicationem apostolorum. Creditis qui possum et reliqua, corde enim creditur ad iustitiam, oris autem confessio fit in salutem. Tetigit oculos id est aperuit sensus mentis eorum quando crediderunt incarnationem; comminatus est eos homo erat qui latere desiderabat Deus erat qui glorificari volebat vel exemplum nobis praeiuvat ne extollamur de benefactis et ne illi in elationem devenirent, illi autem difamaverunt eum quod factum scimus per sanctos doctores. (*f. 99v*) Item moraliter duo ceci corpus et anima clamantes per confessionem peccatorum, veniunt in domo id est in unitatem Ecclesiae. Egressi autem illis ecce obtulerunt ei demonium habentem undecimus mutus linguam recipit ad loquendum quod aut greco dicitur κωφωο, magistrum est sermone commune vitam surdus quam mutus intellegatur sed moris est scripturarum κωφὸν indeferenter vel mutum vel surdum dicere spiritualiter autem sicut ceci lumen recipiunt sic et muti ad loquendum lingua laxatur ut confiteatur eum quem antea negabant. Et miratae sunt turbe dicens et reliqua, turba Dei opera confitetur et dicit num qui sic aparuit in Israel, in turba confessio nationum est, farisei autem quia virtutem negare non poterant opera calomniantur et dicunt in principem demoniorum eicit demonia, per suam calumniam usque hodie infidelitate Iudeorum demonstrantes. Aliter mutus ipse est gentilis populus, demonium habens hic est idola colens qui obtulerunt apostoli et ceteri doctores sunt, mirantur turbae Iudei increduli quando viderunt quia salus data est gentibus. Et circuibat Iesus civitates omnes et cetera, (*f. 100r*) cernis qui^a equaliter et villis et urbibus et castellis id est et magnis et parvis Evangelium praedicaverit ut non consideraret nobilium potentiam sed salutem credentium; circuibat civitates hoc habens operis quod mandaverat pater et hanc esuriem ut doctrina sua salvos face-

ret infideles, docebat in synagogis et villis Evangelium regni et post praedicationem atque doctrinam curabat omnem languorem et omnem infirmitatem, nihil quippe impossibile est illi. Videns autem turbas et cetera, vexatio gregis et ovium atque turbarum pastorum culpa vitium magistrorum est unde sequitur, messis multa populorum significat (populorum *exp.*) multitudinem, operari autem pauci penuriam magistrorum et imperat ut rogent Dominum messis et eiciat operarios in messem suam, isti sunt operarii de quibus psalmista loquitur: qui seminant in lacrimis in gaudio metent, euntes ibant et flebant semina sua, venientes autem venient in exultatione portantes manipulos suos et ut apertius loquar messis multa omnis turba credentium et operarii pauci apostoli et imitatores eorum qui mituntur (*f. 100v*) ad messem quam messem seminaverunt patriarche et prophete, vexati erant gentes a philosophis, Iudei a scribis et fariseis. Et convocatis XII discipulis suis et cetera. Benignus et clemens Dominus ac magister non invidit servis atque discipulis virtutes suas et sicut ipse curaverat omnem languorem et omnem infirmitatem, apostolis quoque suis tribuit potestatem ut corarent omnem languorem et omnem infirmitatem, sed multa distantia est inter habere et tribuere, donare et accipere. Iste quodcumque agit potestatem Domini agit, illis quid faciunt inbecillitatem suam et virtutem Domini confitentur dicentes in nomine Iesu surge et ambula. Notandum autem quod in XII loco potestas signorum apostolis conceditur XII apostolorum nomina haec sunt, catalogus apostolorum ponitur ut extra hos qui pseudo apostoli futuri sunt excludantur. Primus Simon qui dicitur Petrus et Andreas frater eius. Ordinem apostolorum et meritum uniuscuiusque illius fuit distribuere qui cordis archana rimatur. Primus scribitur Symon cognomento Petrus ad distinctionem alterius Simonis qui appellatur Cananeus de vico Galileae Cana ubi aquas Dominus vertit in vinum. Iacobum quoque (*f. 101r*) appellat Zebedei qui et alius sequitur Iacob Alphei et apostolorum paria lugaque consociat iungit. Petrum et Andream fratres non tam carne quam spiritu. Iacobum et Iohannem qui patrem corporis relinquentes verum patrem secuti sunt. Philippum et Bartolomeum. Thomam quoque et Matheum publicanum. Ceteri evangelistae in coniunctione nominum primum ponunt Matheum et postea Thomam, nec puplicanum nomen adscribunt nec antiquae conversationis recordentes ne suggellare evangelistam viderentur, iste vero ut supradiximus. Et post Thomam se ponit et puplicanum appellat ut ubi habundavit peccatum superhabundavit gratia. Simon Cananeus ipse est qui in alio evangelista scribitur Zelotes Chana quippe zelus interpretatur. Taddeum apostolum ecclesiastica tradit istoria missum Edissam civitatem ad Abigarum regem, nam sic narrat ipsa historia misit Abigarus rex ad Christum dicens: audivi quia homo bonus sanans infirmitates sine herbis et quia gens tua mala facit tibi, veni ad me et sana me de egritudine maxima et faciam tibi bene quam vis habeam paucum regnum sed bonum et sufficit illud mi et tibi; cui Christum misit hanc epistolam: beatus es qui me non vidisti quia credidisti in me, scriptum est de me (*f. 101v*) quia hi qui vident me non credunt in me et qui me non vident ipsi in me credunt et vivent, de eo autem qui scripsisti mihi ut venirem ad te oportet me omnia

propterque missus sum hic et (plere ?) et postea quam complevero recipe me et eum a quo missus sum, cum ergo fuero adsumptus mitam tibi aliquem ex discipulis meis ut curet egritudinem tuam et vitam tibi atque his qui tecum sunt praestet, et salus erit sicut scriptum est qui credit in me salvus erit, adhunc regem missus est Taddeus apostolus qui ab evangelista Luca Iudas Iacobi dicitur et alibi appellatur Lebbeus qui interpretatur corculus, credendumque est eum fuisse trinomium sicut Simon Patrus et filii Zebedei Bonarges et infirmitate et magnitudine fidei nominati sunt. Iudas autem Scariothis vel evico in quo ortus est vel ex tribu Isachar vocabulum sumpsit ut quodam vaticinio in condemnationem sui natus sit, Isachar enim interpretatur merces ut significetur praecium proditoris. Item interpretatio nominum eorum. Simon oboediens interpretatur, Cephas Syrum est et lingua greca interpretatur capitali et habet sensum quas a petra cephalim vero greci latini caput dicunt. (*f. 102r*) Andreas virilis grece enim ander vir dicunt inde et virilis. Iacobus supplantator. Iohannes gratia Dei, filii Zebedei qui interpretatur fugitivus. Philippus ostendit lampadis. Bartolomeus filius suspendentis aquas. Thomas abisus ipse est didimus qui interpretatur geminus vel qui dubiam fidem habuit de resurrectionem Christi vel qui dicitur qui similem formam Christi habuisset. Matheus donatus cuius satis in principio libri meminimus. Et Iacob sicut supra interpretatur est filius Alfei qui interpretatur doctus. Taddei supra meminimus et Scariot similiter. Hi XII per multas res significant sed pauca dicamus compendii causa primum per XII menses anni ut Sedulius dicit: sic et apostolici semper duodenus honoris fulget apex numero menses imitatus et horas, significat per XII filios Iacob a quibus oriuntur cetere tribus, per XII duces tribu Israhel qui duxerunt plebem per mare rubrum sic isti duces duxerunt gentes per aquas baptismi et perducunt ad patriam promissionis, per XII fontes quos invenerunt in Heli et LXX palmas quae significant LXX discipulos Christi, per XII lapides in pectore Aaron sic isti de pectore viri sacerdotis processerunt docti, per XII speculatores (*f. 102v*) quos misit Moyses explorare terram sic Christus istos misit explorare omnes gentes, per XII lapides quos tulit Iosue de flumine qui vadit in mare mortuum sic Christus de gente (oſ ?) tulit quae velut flumen ad interitum fluit et posuit eos in soliditatem Ecclesiae, per XII panes propositionis, per XII duces qui cum Iesu introierunt terram promissionis sic animi isti cum Iesu exierunt ad gentes. In via gentium ne abieritis et reliqua. Non est contrarius locus iste ei precepto quod postea dicitur: euntes, docete et reliqua, qui hoc ante resurrectionem illud post resurrectionem preceptum est et oportebat primum adventum Christi nuntiare Iudeis ne istam haberent excusationem dicentes: ideo se Dominum reicisse quia ad gentes et samaritas apostolos miserit. Iuxta tropologiam vero percipitur nobis Christi qui censemur nomine ne in via gentium in moribus eorum in idolis adhorando exeamus. In civitates Samaritanorum id est in heresim ne ambulemus in errore hereticorum ut quorum religio separata est separetur et vita. Euntes autem praedicare. Ne hominibus rusticanis et absque eloquii venustate indoctis et inlitteratis nemo pollicentibus regna celorum. Dat potestatem (*f. 103r*) infirmos curare et cetera, ut magnitudinem pro-

missorum probet magnitudo signorum et quia semper dona spiritalia si mercis media sit viliora fiunt; adiungitur avaritiae condempnatio gratis accepistis gratis date. Ego magister et Dominus absque praetio vobis hoc tribui et vos sine praetio hoc date, ne Evangelii gratia corrumpitur. Nolite possidere aurum nec argentum. Non dixit non habere sed non possidere id est non diligere. Mistice aurum interior sensus in doctrinis philosophorum, argentum historia eorum aes superficies voerborum in zona restrictio carnis ostenditur id est qui carnis continentiam habent ne adsumant malam doctrina philosophorum.

VII5:

Secundum Marcum permittuntur sandalia portari, sandalia enim non tegunt pedes supra id est ut non abscondissent Evangelium pro timore aut favorem mundi, separant pedes a terra hoc est ut non predicassent propter commoda terrena Evangelium. Non peram hoc est non cupiditatem huius seculi.

VII6:

Item Hieronimus (*f. 103v*) secundum anagogen: in quid non licet magistros aurum et argentum et pecuniam que in zonis est possidere aurum sepe legimus pro sensu, argentum pro sermone, aes pro voce. Haec non licet vobis ab aliis accipere sed data a Domino possidere neque hereticorum aut philosophorum perverseque doctrina suscipere disciplinas. Interrogate quis in ea dignus sit id est qui dignus sit vos ospicio suscipere vel fidem aut praedicationem Evangelii, quod grece dicitur "chere" et latine "ave" hoc hebreicos syroque sermone "salomlach" sive "salamalach" hoc est pax tecum.

VII7:

Quamvis non crediderint aut si illi non sunt pacifici vos pacem habete inter vos. Excutitur pulvis de pedibus in testimonium laboris sui quod ingressi sunt civitatem et praedicatio apostolica ad illos usque pervenit sive excutitur pulvis ut nihil ab eis accipiant ne ad victum quidem necessarium qui Evangelium spreverunt.

VII8:

Sic istis gressus obligat ne ambulent in viis iustitiae, oculos obscurat ne videant gloriam Dei, vestimenta inquinat id est corpora peccatis.

VII9:

Amen dico vobis. Si tolerabilius erit terra Sodomorum et Gomoreorum quam illi civitati quae non receoerit Evangelium et idcirco levabilius quia illis non fuit Evangelium predicatum huic autem predicatum fuerit et tamen non receperit et illi aliquem poenam in hoc seculo receperunt illi non suscipiunt angelos isti homines quia angeli non indigent hospitio sicut homines. Ideo non illi tantum peccatum non susceptis angelis habuerunt quantum isti non sumptis hominibus illi legem naturae transgressi isti legem naturae et legem lit[erae] et propheta-

rum et Evangelium auditum spreverunt. Aliquando sunt lupi inter lupos sicut scribae et Pharisei inter Iudeos. Oves inter oves sicut apostoli inter primitivam Ecclesiam. Lupus inter oves sicut Simon Magus inter apostolos a quibus etiam baptizatus est quos que connatus est descerpere. Oves inter lupos exierunt ut apostoli inter Iudeos et gente. Per prudentiam devitant insidias, per simplicitatem non (*f. 104v*) fatiant malum. Item serpens de aspidibus qui habet gemmam in capite quando venit incantator ut effodiat caput et rapiat gemmam, ille unam aurem contra petram vertit alteram caudam obstruit, ne audiat incantatorem, sic nos debemus aurem convertere ad Christum, alteram caudam obstruere id est quando consideramus finem vite nostrae ut Petrus ait: si consideres novissima tua in eternum non peccabis, et tunc non audimus incantatorem diabolum qui male suadendo vult abstrahere de capitibus nostris gemmam id est fidem qui habemus in Christo. Columba nullis avibus nocet et felle caret et semper congregationem diligit, nec vult solitaria habere (*corr.* habitare) (sic apostoli et ceteri sancti nulli nocent nec fel iracundie et amaritudine contra proximos habent et unitatem Ecclesia diligunt nec solitari volunt habitare *add. marg. inf.*) ut heretici. In columbe spetie etiam spiritus sanctus demonstratur unde apostolus dicit: malitia parvuli estote. Nolite cogitare quomodo aut quid id est quam causam tantumnotram pro Christo debemus offerre ceterum ipse Christus qui in nobis habitat loquitur pro se et sancti spiritus in respondendo gratia ministratur. Tradet autem frater fratrem et reliqua, hoc in persecutiones fieri crebro videmus nec ullus est inter eos fidus afecus quorum diversa est fides. Qui perseveraverint te reliqua, non enim cepisse sed perfecisse (*f. 105r*) virtus est, aut usque in finem id est usque in Christum quia finis legis Christus est ut apostolus ait: perseveremus in illum ut non negemus illum. Persecutio id est ab hereticis; cum persecuntur nos in unam civitatem hoc est in uno scripturarum libro vel testimonio; fugiamus ad alias civitates id est ad alia volumina quamvis contemptiosus fuerit persecutor ante presidium salvatoris adveniet quam aversarius victoria concedatur. Non est discipulus super magistrum et reliqua; id est si me qui Dominus et magister sum marti adficiat quanto magis vos qui discipuli et servi? Non enim maiorem exhibebunt vobis servis et discipulus quam mihi Domino et magistro. Si patrem familias Beelzebub vocaverunt et reliqua, Beelzebub idolum fuit Acharon quod vocatur in regum volumine idolum muscae, Beel ipse apud filios Amon Beel, Blid hoc est idolum foederis, ipse Beel sive Baal; Zebub autem musca dicitur, principem ero demoniorum expurcissimi idoli appellant vocabulo qui musca dicitur propter immunditiam qua exterminat suavitatem olei. Nihil opertum et reliqua, id est multorum vitia nesciuntur (*f. 105v*) in hoc seculo in futuro scribuntur. Nolie timere persecutorum seviciam et blasphemantium rabiem quia veniet dies iudicii in quo vestra virtus et illorum nequitia demonstrabitur. Aliter

V120:

Quod audistis in misterio apertius praedicate, quod didicistis absconse publice loquimini, quod vos erudivi in parvulo Iudeae loco universis urbibus et in toto mundo audaciter dicite.

V121:

Nolite timere eos qui corpus occidunt. Gehenna id est duplex pena ubi corpus et anima simul et cruciatur. Duplicem autem esse gehennam et Hieronymus dicit: nimis ignis et frigoris in Iob plenissime legimus.

V122:

V passeret secundum Lucam V sensus spirituales. Assi significat quadrans; in latina quadrans enim dicitur quarta pars nummi id est quarta pars denarii quod hic convenit III pars sed nummus quarta pars denarii meduis (*sic*). VIIIa pars denarii maior XII untias. Hieronymus dicit si sine Dei scientia (*f. 106r*) parva quoque animalia non decidunt quanto magis homo qui apostolorum I (*ut vid.*) fultus sit dignitate. Vestri autem capili omnes numerati sunt in mensam Dei ergo homines ostendit providentiam qui nihil nostrorum Deum lateat et iam parva et ociosa deitatem eius sententiam non fugiant. Aliter rapuit mens noster capilli sensus eius vel bonae virtutes et bona opera que numerat Deus ut retribuat bona. Nolite cogitare quia venerim mittere pacem ad fidem Christi totus orbis contra se divisus est unaquaeque domus et infideles habuit et credentes et propterea misum est bellum bonum utrius peretur pax mala ut in salmo dissipa gentes que bella volunt vel gladius id est verbum divinum unde Paulus ait: vivus est enim sermo Dei et efficax et penetrabilior, omni gladio ancipiti et reliqua. Veni enim hominem adversus patrem suum et reliqua, id est fideles ab infidelibus, filium a patre, filiam a matre, hoc est inferes a maioribus separare quia sepe durius separantur maiores ab infidelitate. Item hominem a patre id est Christum a patre, hoc est a populo iudaico; filiam a matre hoc est gentilitas ab idolatria idolorum nurus (*f. 106v*) hoc est Ecclesia gentium, vir eius est Christus, socrus est synagoga Iudeorum de qua secundum carnem Christus processit, inimici hominis hoc sunt Iudei qui debuerant domestici esse inimici effecti sunt. Item moraliter filius separatur a patre hoc est unusquisque peccator a patre diabulo animam filia vitiata a suggestionibus diabuli socrus et ipsa est anima vir eius animus, socrus hoc est caro. Qui amat patrem et reliqua, Hieronymus dicit: ama patrem post Deum, ama matrem, ama filios, hoc est non praeferamus amorem proximorum amoris Dei. In alio evangelista scribi legitur qui non accipit crucem suam condigne (*sic*) semel putemus ardorem fidei posse sufficere semper crux portanda est semper Christus amandus est, accipe crucem hoc cruciationem carnis viciis et concupiscentiis crux duobus lignis constat sic nos debemus duobus modis portare crucem, in carne sicut Paulus: castigo in quid corpus meum, et in servitutem redigo et reliqua; per compassionem proximi ut idem ait: quis infirmatur et ego non uror et reliqua. Aliter crucem portare hoc est duo Testamentorum mandata custodire et tunc sequere (*f. 107r*) re Christum qui invenit animam suam (...*non leg.*)bus voluntatibus animi adquiescit quia hec anima pro animo ponitur. Perdet illam id est in futuro, hoc indicando dicit, aliter qui invenit animam suam hoc est qui invenerit (*sic*) cupit in futuro perdet eam, in hoc seculo in abstinentia carnis imperando dicit: qui recipit iniquens vos me recipit et qui me recipit recipit eum qui me misit ut in sus-

ciendis apostolis unusquisque credentium Christum suscepisse crederetur. Qui recipit prophetam et reliqua, id est qui intellegit illum de futuris loquentem et credit et observat quae dicit, talem mercedem accipiet qualem et propheta. Aliter in omni professione zizania mixta est tritico, praemiseraat qui recepit vos me recipit et eum qui me misit a susceptionem magistrorum discipulos provocaverat poterat occulta esse credentium, responsio ergo et pseudo prophetas et Iudam proditorem debemus recipere et illis alimonia ministrare hoc Dominus ante procurans dicit non personas accipiendas esse sed nomi(.*non leg.*) et cercedem non perdere susipientis licet indignus fuerit qui suscipitur (*f. 107v*). et quicumque dederit potum et reliqua, legimus in propheta David ad excusandas excusationis in peccatis, quod multi peccatorum suorum quasi iustas pretendunt occasionem ut quod voluntate delinquant.

APPENDIX Vt

Vt = Città del Vaticano, BAV, Pal. lat. 135

Vt1:

Iudex iniquus Antichristus qui Deum non timet quia superbus est, de ipso dicitur in Apocalipsi quia multos trahit post se et iam tertiam partem stellarum id est de populo christiano hominem non reueretur, de ipso dicit Christus "ego veni in nomine patris mei et non suscepistis me" alius venit in suo nomine et illum suscepistis id est antichristum.